Historia Soc. Jesu.

Markiewicz Joannis: Scandalum expurgatum in laudem Instituti Societ. Jesu.

SCANDALUM EXPURGATUM

IN LAUDEM INSTITUTI SOCIETATIS JESU,

A. M. D. G.

Catholicorum Satisfactionem,
Et Dissidentium Ædificationem.

juxta illud:

Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, in Azymis, sinceritatis & veritatis
Ad Corinth: 1. C. V.

Quod, Bono Publico,

E tenebris, in apertum produxit, & absconditum revelavit.

AD CORRECTIONEM.
Joannes Markievvicz, J. U. D. Canonicus VVarmiensis.

Impressum Gedani.
ANNO Domini M. DC. LIV.
Permissu superiorum.

Dla Jmi X. Krakowskiego. correctum.

APPROBATIO.

CUm omnia infra contenta desūpta sint, vel ex ſacris Canonibus, vel ex Bullis Pō-tificiis, vel ex Cōſtitutionibus Societatis, omnibus à Sede Apoſtolica Decretis, approbatis, & cōfirmatis, præter illa, quæ refutātur: Cenſurā benevole Lector aliā ne deſideres; quādoquidē Varmiæ, Jeſuitis omniū Cenſoribus, Cracoviā adire mihi nō licuit. Quodſi ex iſto defectu, aliàs Bonū opus, reprehendere volueris, verendum eſt, ne alter ſuſpicetur, te fortasſis etiā in Voto eſſe, & ideo cæcâ obedientiâ irretitum, magis pasſione, quàm ratione moveri. Neq; hoc ſcrupulū injiciat, quod horū publicatio inter Disſidētes; inter quos enim honor Pontificius eſt læſus, & Reputatio S. Ignatii cum Societate detrimentum paſſa, nullibi magis, quā inter eoſdē, per falſam famā, in opinione hominū collapſa reparari oportuit. An bono zelo & motivo, hæc ad effectū deducta fuerint, ſedes Apoſtolica judicabit, cujus honorem hic inter Disſidentes vindicando, ejuſdem Cenſuræ omnia ſubjicio, probaturus, quod illa probaverit, & reprobaturus, quod illa reprobaverit. Hæc ad ſatisfactionē mei Lectoris, cui ſincero corde, omnē de cælo voveo benedictionē. Fromburgi. 2. Junii 1654.

Confutatió erroris Ludovici Lucii, quem, ad invidiam summi Pontificis Romani, & instituti Societatis JESU, maculam fundamentalem posuit: De Regulis & Constitutionibus Jesuitarum, lib. 1. c. 3. fol. 13. Ubi hæc verba, quæ sequuntur.

IEsuitæ in Regulis suis mandant ac severè præcipiunt, nequis eas cuiquam extraneorum concedat, vel communicet; vel quicquam de illis scripto vel dicto aliis referat. Papa quoq; Pau- 1
lus III. in Bulla año 1549, Iesuitis datâ, concessit Generali Ordinis illorum, ut eas Regulas evulgantes, seu in apertum producentes, vel illorum vota revelantes, in quocunq; habitu contigerit inveniri, possit ac debeat excommunicare, capere, incarcerare: & si opus sit, brachii secularis auxilio invocato, liberè & licitè invadere, captivos ducere & pro arbitrio tractare. Voluit etiã, ut nulli prælatorum liceat, Regulas & constitutiones Jesuitarum, excepto Papâ, sub censuram sumere. Quia enim illæ nihil aliud sint, quàm 2
cento, ex omnibus reliquorum Monachorum

regulis consutus, ac ferè nihil aliud docent ac præcipiunt, quàm traditiones humanas, superstitiones, hypocrises, idololatrias, & propriæ ἐθελοθρησκείας opera: mirum certè non est, si ipsosmet pudeat, hæc aliàq; in suis regulis contenta, divulgari.

3 Quanquam autem regulæ Jesuitarum, longo tempore, sic clàm ab ipsis habitæ fuerint; ut ab orthodoxis comparari ac legi non potuerint; Tandem tamen ipsimet, anno 1607. superiorum suorum permissu, Lugduni in Galliâ, typis Jacobi Raussin, (quamvis & hoc clanculum, aliquibus eorum semper in Typographiâ præsentibus, qui excusa exempla ad se receptaret) illas ediderunt: quarum exemplum unum, singulari DEI Providentiâ in Galliis comparatum, ac viro postmodum principi Evangelico, in Germaniâ dono oblatum fuit, cujus jussu regulæ illæ denuo typis mandatæ sunt, atq; ita etiam Evangelicis, quanquam doctis duntaxat viris, qui latinè callent, innotuerunt *Hæc Ludovicus Lucius, historiæ Jesuiticæ lib. 1. cap. 3.*

Confutatio hujus Erroris.

4 *Si Pontificibus Romanis aliquando placuisset acta sua occultari, jus Canonicum non sanxisse.* Non minus Reum esse; qui veritatem occultat, quam illum qui mendacium dicit: quia & ille pro-

le prodesse non vult, & iste nocere desiderat. *Prout habetur. 11. q. 3. c. Quisquis metu.*

An Paulus III. Instituta. S. Ignatii occultari voluerit.

Manifestam hujus erroris falsitatem demonstrat 5.
Bulla ipsa, cujus supra mentionem facit Lucius de anno 1549. Hæc enim cum sit publici juris, posita in Bullario sub nomine ejusdem Pontificis, decimoquinto Calendas Novemb: Pontificatus sui Anno 15. nihil prorsus ibi invenitur, quod vel umbram occultationis alicujus in se habeat. Imò expresse man- 6.
dat, Instituta Societatis non occultari, sed solenniter publicari per Archiepiscopos, Episcopos, ac dilectos filios, Abbates, Priores, Metropolitanos, & Cathedrales, Canonicos, Officiales, & vicarios generales, quoties de ista publicatione fuerint requisiti: Ejusd: Bullæ § 46. *Ut ea autem omnia, quæ in eadem Bulla contenta sunt, ad executionem deducerentur, summus pontifex non solum Ecclesiastica jurisdictione, sed etiam auxilio brachii secularis utendum esse censuit.*

De Potestate Generalis præpositi eo modo dispo- 7.
nit, ut plenam in universos ejusdem societatis socios & personas sub ejus obedientia degentes ubilibet comorantes etiam Exemptas, & quas-

ſcunq; facultates habentes ſuam excerceat jurisdictionem, *quæ omnia leguntur in §. 1. Et hæc ſunt communia omnium Religioſorum ſuperioribus.*

8 *Hoc ergo eſt verum & genuinum, quod Paulus III de jeſuitis in Anno 1549 ordinavit; illud verò, quod Ludovicus Lucius ab aliquo falſo authore mutuatus eſt, omninò falſum judicari debet.*

9 *Et convincitur ipſe Lucius ſuo hiſtorico teſtimonio, quod poſuit cap. 4 ejusdem libri his verbis.* Cum ab initio primi Patres & ſocii jeſuitarum ſine certis & propriis legib⁹, ac magiſtratibus vîxiſſent: Neceſſe eſſe judicarunt, ut de optime conſtituenda, & ſtabilienda quàm maxime ſocietate, primo quoq; tempore interſe conſulerent. *Unde oportuit eſſe memorem, quid præcendenti capite 3. dixiſſet, hoc enim occultari non potuit, quod nondum fuit.*

10 *Et hoc notandum, quomodo ſub Paulo Papa III Regulæ & vota Jeſuitarum occultari poterant, de quibus particulares conſtitutiones nondum erant editæ: Cujus rei probatio eſt manifeſta in Bulla Iulii III. Expoſcit. Quæ eſt Appro-*
11 *batio ſecunda inſtituti ſocietatis de Anno 1550.* Ubi non de jam factis. ſed de futuris tractat Conſtitutionibus, his verbis, prout in conſtitutionibus declarabitur & explicabitur, *quod legitur in eadem*

dem Bulla § 4. ad finem §. 8. vers. 2. §. 14. v. 3. Et ſic clarè patet, Paulum Papam tertium Regulas & Conſtitutiones Jeſuitarum non occultaſſe, quia illo vivente nondum erant natæ.

An S. Ignatius Inſtitutum ſuæ Societatis occultari voluerit?

Et huic Sancto quaſi fraudem imputando, turpiter erravit Ludovicus Lucius, nunquam enim S. Ignatius in vitâ ſuâ hoc cogitabat, ut inſtitutum ſuum occultum haberet, ſed omnino publicare debuit, ut haberet ſocios, qui ſequerentur, prout ipſe manifeſtavit his verbis: 12

Hæc ſunt quæ ſub præfati Domini noſtri Pauli, & ſedis Apoſtolicæ beneplacito de noſtra profeſſione, typo quodam explicare potuimus, quod nunc fecimus, ut ſumatim informaremus tum illos, qui nos de noſtro vitæ inſtitutò interrogant, tum etiam poſteros noſtros, ſi quos Deo volente imitatores unquam habebimus hujus vitæ. *Bulla Iulii III. incip. expoſcit. §. 13. de Anno 1550.* 13

Sanctum autem & pium fuiſſe, tale inſtitutum, quod Paulus tertius confirmavit, vel ex uno puncto apparet, quod legitur in Bulla ejusdem Pontificis. Regimini: prout ſequitur. 14

Cum autem experti fuerimus, jucundiorem, puri-

puriorem, & ad proximi ædificationẽ aptiorem esse vitam, ab omni avaritiæ contagione quam remotissimam, & Evangelicæ paupertati quàm similimam: cumq; sciamus Dominum nostrum JESUM CHRISTUM servis suis regnum DEI solum „ inquirentibus necessaria ad victum & vestitum esse subministraturum. Voveant singuli & uni„ versi perpetuam paupertatem, declarantes, quod non solum privatim, sed neq; etiam communiter possint pro societatis sustentatione aut „ usu ad bona aliqua stabilia aut ad proventus seu introitus aliquos jus aliquod civile acquirere, sed sint contenti usu tantùm rerum sibi donata„ rum ad necessaria sibi comparanda recipere. *Eadem Bulla §. 10.*

16 *An hoc non pium? An hoc non sanctum fundamentum? Vos ipsi D. D. Dissidentes omnino fateri debetis, piissimum & Sanctissimum fuisse ab initio tale institutum, quod quia subsequenter per Constitutiones & Regulas particulares est declaratum, & sic à Romanis pontificibus confirmatum, de his agendum erit ad meliorem vestri informationem & de nobis Catholicis existimationem.*

De Regulis, & Constitutionibus Jesuitarum.

17 *Hunc Titulum sibi fecit Ludovicus Lucius Histor. Iesuitar. lib. I. cap. 3. tantus scrutator & in*

qui-

quisitor de rebus Jesuitarum, ut de illis satis magnum volumen quatuor libris distinctū conscripserit, de Anno 1627. nihilominus fontem ipsum Constitutionum invenire non potuit; quem si invenisset, profectò pium & sanctum propositum 18
non argueret, sed veneraretur. Summulam tantum vix primis labris attigit, & regulas officiorum post S. Ignatium per Generales congregationes auctas descripsit, cum tanta animi lætitia, ac si magnum aliquem thesaurum invenisset.

Informatio melior
De Constitutionibus Jesuitarum.

Idem mihi contigit, quod Ludovico Lucio, 19
videre primò summarium Constitutionum, non illius Lugdunensis[de Anno 1582. sub Titulo. Regulæ Soc. Iesu. Romæ in Collegio ejusdem societ: permissu superiorum. Ubi ad margines libelli adnotantur Fontes, ex quibus illud summarium desumptum est.

[~~typi de Anno~~

Recurro ad fontem, & hic est sub Titulo. 20
Constitutiones Societatis Iesu, cum earum declarationibus. Romæ in Collegio ejusde: Soc. cum *Facultate superiorum Anno 1583.*

1583

Considero utrumq; & sic video ipsum fon- 21
tem non naturaliter oriri, quia posterior uno anno illis rivulis, qui in summariis ponuntur & fa-

[typi de Anno 1607, sed]

ciunt

ciunt mentionem istius sui fontis, â quo derivantur: quomodo ergo in sua facie illi sunt priores? videlicet de Anno 1582 & hic posterior, utpote de Anno 1583.

22 *Verto folium & considero in tergo hujus fontis Constitutionum Approbationem: Et hanc perspicio etiam contra naturam, quia prior suo fonte nata, videlicet de Anno 1582. sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo.*

23 *Recurro ad Bullarium, in quo omnes, Ordinum Religiosorum & mendicantium autoritate Romanorum Pontificum factæ reponuntur, sub isto anno nihil penitus de Jesuitis invenio. Sed duobus annis post, videlicet de Anno 1584.*

Extat Bulla: *Ascendente Domino*; cui talis Titulus. Approbatio Tertia instituti & Constitutionum Religionis clericorum Regularium societatis Jesu. cum aliquorum dubiorum totali remotione & Privilegiorum Confirmatione.

Lego tenorem istius Bullæ, de Anno 1584. editæ & invenio illam approbationem, quam Patres de Anno 1582 posuerunt. Motu proprio & ex certa scientia. *Omissis quatuor versiculis, qui ita dicunt.* Nos universalis Ecclesiæ utilitati, quam ex inviolato & inconcusso dictæ societa-

cietatis instituto & religiosæ sobolis educatione sentimus & majorem in dies speramus, prospicientes, & præterea ejusdem societatis indemnitati, paci, quieti, & incremento consulere volentes, motu simili & ex certa scienria. etc: 25

Ista variatio annorum magnam apud me fecit perplexitatem & dubitationem. An hoc ipsum non sit motivum, quòd hucusq; constitutiones societatis, tanto studio & artificio occultarentur. Ne igitur arcanum istud majora in dies pariat scandala, aliquas principales Constitutiones publicare constitui, ad M. D. G. & instituti S. Ignatii commendationem & adversariorum confusionem. 26

Constitutiones Principaliores, Institutum S. Ignatii declarantes; juxta intentionem Julii III. Romani Pontificis, Bullâ, exposcit. 1550. Et Gregorii XIII. Confirmationem Bullâ: ASCENDENTE DOMINO 1584.

DE PAUPERTATE.

PAupertas, ut murus Religionis firmus, diligenda, & in sua puritate conservanda est, quantum divina gratia aspirante fieri poterit. 27

Et quia humanæ naturæ hoſtis ad hoc propugna-
culum ac refugium debilitandum (quod Deus
Dominus noſter Religionibus inſpiravit contra
illum, aliosq; religioſæ perfectionis adverſarios)
28 eniti ſolet, ea, quæ â primis fundatoribus bene or-
dinata fuerant, innovare per declarationes, vel
innovationes, primo illorum ſpiritui minimè cõ-
ſentaneas: ut quod in nobis ſitum fuerit, hac par-
te ſocietati proſpiciamus; quicunq; in eâ pro-
29 feſſionem emiſerint, ſe ad innovationem conſti-
tutionum in iis, quæ ad paupertatem pertinent,
nihil facturos promittant: niſi aliquo modo
pro rerum occurrentium ratione eam in Domino
magis reſtringendam judicarent. *Conſt. part.
6. cap. 2. §. 1.*

30 In Domibus vel Eccleſiis, quæ â ſocietate ad
,, auxilium animarum admittentur, redditus nulli,
,, ne ſacriſtiæ quidem aut fabricæ applicati, haberi
,, poſſunt: ſed neq; ulla alia ratione: ita ut penes
ſocietatem illorum ſit ulla diſpenſatio, ſed in ſo-
lo Deo, cui per ipſius gtatiam ea inſervit, fiducia
conſtituatur, ſine reditibus illis ipſum nobis pro-
ſpecturum de rebus omnibus convenientibus,
ad ipſius majorem laudem & gloriam. *ibid. §. 2.*

31 Profeſſi vivant ex eleemoſynis in domibus
cum aliquò non mittuntnr: nec officium Re-
ctorum ordinarium in Collegiis vel univerſitati-
bus

bus ſocietatis habeant (niſi ipſarum neceſſitas vel “
magna utilitas id exigeret,) nec redditibus eorum “
in domibus utantur: *ibid. §. 3.*

Non ſolum redditus, ſed nec poſſeſſiones 32
ullas habeāt in particulari, nec in communi Do-
mus vel Eccleſiæ ſocietatjs, præterquam quod
ad habitationem vel uſum neceſſarium eis, aut “
valdè conveniens fuerit; Cujusmodi duceretur,
ſi in uſum convaleſcentium, vel eorum, qui, ut “
rebus ſpiritualibus vacent, ſe ab hominum fre-
quentia recipiunt, locus aliquis â communi ha-
bitatione ſeparatus, qui aëre ſalubriori, & aliis
commodis polleret, admitteretur: Et tunc hu- “
juſmodi ille ſit, ut nec aliis locetur, nec fructus,
qui redditûum loco eſſe poſſint, habeat. *Con-* “
ſtit. part 6. c. 2 §. 1. 2. 3 & 5.

De Abſtinentia ab accipiendo.

Quia paupertas velut propugnaculum eſt
religionibus, ut eas in ſtatu ſuo & diſciplina con- 33
ſervet & â compluribus hoſtibus defendat (unde
etiam dæmon enititur illud variis rationibus e-
vertere) refert plurimum ad conſervationem &
augmentum totius hujus corporis, procul admo-
dum omnem auaritiæ ſpeciem ablegaſſe, nullos
redditus, vel poſſeſſiones, vel ſtipendia, pro verbi 34
Dei prædicatione, aut lectione, aut Miſſis, aut

administratione Sacramentorum, aut demum rebus quibuslibet Spiritualibus (ut est in sexta parte dictum) admittendo, nec ad suam utilitatem redditus collegiorum applicando. *Constit. part.* 10. §. 5.

35 Omnes, qui sub obedientiâ sunt societatis meminerint, se gratis debere dare, quæ gratis acceperunt, nec possidendo, nec admittendo stipẽdium, vel Eleemosynas ullas, quibus Missæ, vel Confessiones, vel prædicationes, vel lectiones, vel visitationes, vel quodvis aliud officium ex iis, quæ societas juxta nostrum institutum exercere potest, compensari videatur, ut sic majori cum libertate possit, & proximorum ædificatione, in divino servitio procedere: *part. 6. c. 2. §. 7.*

36 Ut omnis avaritiæ species evitetur, præcipuè in piis ministeriis, quibus ad animarũ auxiliũ societas utitur; nulla sit in Ecclesia arca, in quam Elemosynæ ab iis, qui ad Conciones, Missas, vel Confessiones, & reliqua Spiritualia ad eam conveniunt, conjici solent. *ibid.*

37 Ad hunc finem meliùs consequendũ, Tria vota in ea, Obedientiæ, Paupertatis & Castitatis emittuntur: sic paupertatem accipiendo, ut nec velit nec possit redditus ullos ad suam sustentationem, nec ad quidvis aliud habere, quod non tantùm in particulari de unoquoq;, sed etiam de

Eccle-

Eccleſiis & Domibus Societatis Profeſſæ eſt intel-
ligendum.

Nec etiam (quamvis aliis ſit licitum) pro 38
Miſſarum Sacrificiis, vel Prædicationibus, vel
Lectionibus, vel ullius Sacramenti adminiſtra-
tione, vel quovis alio pio Officio, ex iis, quæ iu-
xta ſuum Inſtitutum Societas poteſt exercere, ſti-
pendium ullum vel Eleemoſynam, quæ ad com-
penſationem hujusmodi Miniſteriorum dari ſo-
lent, ab alio, quàm â Deo (ob cujus obſequium
omnia purè facere debent) poſſunt admittere.
Exam: Gē: cap. 1. §. 3.

Miſſarum etiam ſacrificiis juvare poſſunt,
& aliis Divinis officiis, nulla prò eis Eleemoſyna 39
accepta: Præcipuè in audiendis Confeſſionibus,
& in ſancto Euchariſtiæ Sacramento, extra Pa-
ſchæ tamē feſtum, ſua in Eccleſia adminſtrando.
part: 7 cap. 4 §. 4. & 5.

Quamvis ad bona & ſancta opera, & ma-
ximè perpetuò duratura, incitare laudabile ſit; ob 40
majorem tamen ædificationem, nullus de Socie-
tate debet, nec poteſt quemquā ad Eleomoſynas
perpetuas Domibus vel Eccleſiis ejusdem Socie-
tatis relinquēdas, incitare: & ſi aliqui ſponte ſua “
eas relinquerent; nullum jus Civile ad eas peten-
das in judicio acquiratur, ſed cum ad id Chari- “
tas propter Deum eos moverit, tunc eas elargian- “
tur. *par: 6. c. 2. §. 6.*

De

De Abſtinentia ab ambitione, et rebus mundanis.

Præterea diligenter animadvertant, oportet
41 qui examinantnr (magnifaciendo, ſummiq́;
momenti id eſſe ducẽdo in conſpectu Creatoris
ac Domini noſtri) quãtopere juvet ac conferat,
ad vitæ ſpiritualis profectum, omnino et non ex
parte abhorrere ab omnibus, quæ mũdus amat,
& amplectitur; & admittere, & concupiſcere
totis viribus, quicquid Chriſtus Dominus no-
42 ſter amavit & amplexus eſt. Quemadmodum
enim mundani homines, qui ea, quæ mũdi ſunt
ſequũtur, diligunt, & quærunt magna cum di-
ligentia honores, famam, magni nominis exiſti-
mationem, in terra, ſicut mundus eos edocet;
ſic qui procedunt in ſpiritu, & ſeriò Chriſtum
Dominum noſtrum ſequũtur, amant, & arden-
ter explorant, quæ iis omnino contraria ſunt;
indui nimirum eâdem veſte, ac inſignibus Do-
mini ſui, pro ipſius amore, ac reverentia; adeó
43 ut ſi ſine offenſione ullâ divinæ majeſtatis, &
absq́; proximi peccato foret, vellent contume-
lias, falsa teſtimonia, & injurias pati, & ſtulti
habe-

haberi ac exiſtimari (nulla tamen ad id per eos data occaſione) eò quod exoptant aſſimilari, ac imitari aliquo modo creatorem Dominum nostrum Iesum Chriſtum, eiusq; veſtibus & inſi- 44
gnibus indui: quandoquidem illa ipse propter majorem profectum noſtrum ſpiritualem induit, nobisq; exemplum dedit, ut in omnibus quoad ejus fieri poterit, Divina gratia aſpirãte, eum imitari & ſequi, cum vera ſit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus. Igitur interrogentur, an hujusmodi deſideria tam ſalutaria, et ad perfectionem amimarum ſuarum tam fructuosa, in se ſentiant. Ut melius ad hunc perfectionis 45
gradum, in ſpirituali vita tam precioſum perveniatur, ejus maius ac impenſius ſtudium ſit, quærere in Domino majorem abnegationem. & continuam in rebus omnibus, quoad poterit mortificationem. *Exam: c. 4. §. 44. & 46.*

Ut præcludatur oſtium ambitioni, nullis locis 46
certis eis, qui ad gradus promoventur, aſſignatis; quin potius honore ſe invicem prævenire, nulla locorum differentia obſervata. curent: Et quemadmodum gratis docet, ita ad gradus ſocietatis gratis promoveat: & non niſi admo-

dum

dum exigui ſumptus (licet voluntarii ſint) exter-
nis permittantur: ne conſuetudo vim legis tan-
dē obtineat, & in ea parte tēporis exceſſus fiat.
Par. 4. c. 15. §. 4. ad finem

47 Erit etiam ſummi momenti, ut perpetuò felix Societatis ſtatus conſervetur, diligētiſſimè Ambitionem, malorum omniū in quavis Republ. vel Congregatione matrem, ſubmovere; ac aditum ad dignitatem, vel prælationem ullam directè vel indirectè quærendam, in ſocietate
" præcludere. Quod ut fiat, omnes profeſſi, ſe nihil unquam ad eam obtinendam acturos, & quos agere animadverterint, delaturos, Deo ac Domino noſtro voveāt: & incapaces ac inhabiles ad prælationem: quamvis habeantur ii, de qui-
48 bus probari poſſet, quod eam ambiiſſent. Promittant etiam Deo ac Domino noſtro, ad nullam etiam extrà ſocietatem, Prælationem vel dignita-
" tem obtinendam, ſe quidquàm acturos; nec ad
" ſui electionem ad hujuſmodi munus, quoad ejus fieri poterit, conſenſum præſtituros; ſi ejus obedientiæ, qui ſub pœna peccati poteſt præcipere, eos non compulerit; ſed unusquisq; videat, qua ratione animarum ſaluti, juxta noſtræ profeſſionis humilitatem & ſubmiſſionem inſervire poſ-

ſit

ſit: & ne ſocietas his hominibus, qui ad propoſitum ſibi finem ſunt ei neceſſarii, privetur. *part. 10. §. 6.*

De Abſtinentia â Converſatione Magnatum & â ſecularibus negotiis.

Eâdem de cauſa munuſcula, quæ Magnatibus ad res majores ab ipſis obtinendas, offerri ſolent, ne offerantur: nec hujusmodi primarios viros inviſere noſtri conſueſcant, niſi ſancto ſtudio piorum operum ducerentur: vel quando intima benevolentia in Domino tàm eſſent conjuncti, ut hujusmodi officium aliquoties eis deberi videatur. *part. 6. c. 2. §. 9.* 49

Ut pleniùs poſſit ſocietas rebus ſpiritualibus juxta ſuum inſtitutum vacare, quoad ejus fieri poterit, â negotiis ſecularibus abſtineat (qualia ſunt, Teſtamentorum, vel Executorum, vel Procuratorum rerum civilium, aut id genus officia) nec ea ullis precibus adducti, obeunda ſuſcipiant, vel in illis ſe ocupari ſinant. *part. 6. c. 3. §. 7.* 50

Quod in univerſum *in 6. part. c. 3.* dicitur, 51
“ eos, qui de Societate ſunt, negotiis ſecularibus,
“ licèt pia alioqui eſſent, implicare non debere; id
Generali magis quàm reliquis omnibus conve-

nit, ne in eis vel aliis etiam rebus, piis quidem, sed ad societatē non pertinentibus, occupari se sinat. *part. 9. c. 6. §. 4.*

De Abstinentia â Successione hæreditatis.

52 Quò melius paupertatis puritas & quies illa, quam secum affert, conservetur; non solum particulares Professi, vel Codjutores formati, Hæreditariæ successionis non erunt capaces, verùm nec Domus, nec Ecclesiæ, nec Collegia eorum ratione. Sic enim omnibus litibus & cōtroversiis præcisis, Charitas cum omnibus, ad Dei Gloriam melius conservabitur: *part. 6. c. 2. §. 12.*

De Abstinentia ab inquisitione in facta aliorum; & de omnium amore conciliando.

53 Eâdem de causa, utq; inquietudinis â nostra professione alienæ, occasiones evitentur, & melius pax ac benevolentia cum omnibus, ad majorem Dei Gloriam conservetur; nemo ex professis vel Coadjutoribus, vel etiam scholasticis Societatis in causis Civilibus, nedum Criminalibus, se examinari (nisi qui ad peccatum obligare potest, compelleret) sine licentia superioris permit-

mittat. Superior autem eam minime dabit, nisi in causis, quæ ad Religionem Catholicam pertinent, vel alioqui in piis, quæ sic cedunt in hujus favorem, ut in alterius detrimentum non cedant: quãdoquidem instituti nostri est sine cujusquam offensione, quantum fieri potest, omnium in Domino commodis inservire. *part: 6. c. 3. §. 8.* 54

55 Ad eundem finem faciet, generatim curare, ut amor & charitas omnium etiam externorum, erga Societatem conservetur, sed eorum præsertim, quorum voluntas bene aut male in nos affecta, multum habet momenti, ut aditus ad Divinũ obsequium & animarum auxilium aperiatur. In 56
ipsa verò Societate nec sit nec sentietur animorũ propensio ad partem alterutram factionis, quæ "
esset fortassis inter principes vel Dominos Christianos: sed sit potius quidam universalis amor "
qui partes omnes (licet sibi invicem contrariæ sint) in Domino nostro amplectatur. *part. 10. §. 11.*

De Abstinentia â Bonis propriis, & Beneficiis Ecclesiasticis.

Quicunq; Societatem ingredi volent, antequàm in Domo aliqua, vel Collegio ejus vivere sub obedientia incipiunt, debent omnia bona temporalia, quæ habuerint, distribuere & renun- 57

ciare, ac disponere de iis, quæ ipsis obvenire possent: eaq; distributio primùm in res debitas & obligatorias, si quæ fuerint (& tunc quàm citissimè fieri potest, providere oportebit) si verò tales nullæ fuerint, in pia & sancta opera fiet
58 juxta illud, Christi: si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, da pauperibus, & sequere me: dispensando tamen hæc bona juxta propriam devotionem & â se omnem fiduciã submovẽdo, eadem ullo tempore recuperandi. *Exam: Gener: c. 4. §. 1.*

59 Admoneantur itidem si Ecclesiastici sint, quòd, postquam in Societatis corpus, ut professi vel coadjutores cooptati fuerint, nulla Ecclesiastica beneficia possunt retinere. Et quod tempore probationis post primum ânnum absolutum (ut superius diximus) quandocunque superiori visum fuerit, ea relinquere debent juxta suam devotionem, vel ei, qui contulit, resignando, vel ad pia opera applicando, vel alioqui dignis viris, quibus hæc instrumenta sint ad Dei obsequium, conferri curando. Quod si consanguineis conferenda esse viderentur, id non facient nisi ab uno, duobus, aut tribus judi-

cetur

cetur, quod id magis cõveniat, & ad majus Dei obſequiũ ſit futurum. *Exam: Gener: c. 4. §. 5.*

De Abſtinentia â Rebus, & Bonis dimiſſorum.

Quod ad dimiſſum attinet, hoc obſerve- 60
tur: ut recedat ex domo, quantum fieri poſſit, ſine dedecore, vel ignominia, ac ſecum omnia ſua ferat. *part: 2. cap: 4. §. 5.*

De Abſtinentia prædicatorum â læſione externorm, tam uſpirituali-um, quàm ſecularium.

Cum experientia doceat & S. memoriæ pa. 61
ter Ignatius ſcriptũ reliquerit, nihil utilitatis percipi ex iis Concionibus, in quibus Principes & " Magiſtratus Reipubl., Prælati, & alii Eccleſiaſtici in particulari reprehenduntur, concionatores noſtri ab hujuſmodi reprehẽſionibus abſtineant.

Caveant, ne Religioſos aliorum ordinum, 62
quos revereri & obſervare debent, etiam tacitè videantur reprehendere: & quãvis noſtros, ad majores in virtute progreſſus excitare poſ-

ſint, præſertim in domeſticis exhortationibus, reprehenſionem tamen alicujus particularis, vel ipſius ſocietates ne attingant.

63 Ne rumoribus populi moveantur, ut nova & parum confirmata in publicum afferant; & multò minus ea populo proponant, quæ alioqui dubia & incerta ſunt.

64 Ne ſint affectati, aut verborum lenocinia ſectentur, nec ſtudio politioris ſermonis eos libros habeant familiares, ex quorum lectione detrimentum in ſpiritu accipiant & ſeculare aliquid redoleant.

65 In laudibus & reprehenſionibus à nimiis exaggerationibus, & ab omni ſpecie adulationis abſtineant. *Ex regulis Concionat: in ſumm: §. 12, 13, 14. 20. 21.*

De Abſtinentia
â medicina & legum ſtudio.

66 Medicina & legum ſtudium, ut à noſtro inſtituto magis remotum, in univerſitatibus ſocietatis, vel non tractabitur, vel ſaltem ìpſa ſocietas per ſe id oneris non ſuſcipiet. Canonum etiam illam partem, quâ foro contentioſe inſeruit, non attingant. *part: 4. c, 13, §. 1, & 4,*

De Abſtinentia â Jurisdictione.

Quia religioſa quies, & ſpirituales occupa- 67
tiones, nec animi diſtractionem, nec alia incommoda, quæ judicandi in rebus civilibus vel criminalibus officium ſequi ſolent, ſocietati permittunt: Jurisdictio hujusmodi, quam per ſe, vel per alios à ſe dependentes, exercere debeat ſocietas, non admittatur: quamvis ad ea, quæ ad bonum ſtatum univerſitatis propriè pertinent, conveniat juſtitiæ ordinariæ ſive ſecularis, ſive Eccleſiaſticæ miniſtros, circa punitionem ſcholaſticorum, voluntatem Rectoris univerſitatis ſibi ſignificatam exſequi, & generatim res ſtudiorum favore ſuo, præſertim cùm à Rectore fuerint commendatæ, promovere. *Conſt: part: 4, cap: 11, §. 3,*

De Abſtinentia à commoditatibus id eſt, de victus & veſtitûs ratione.

Sui victus potus, veſtitus, & lecti rationem, 68
ſi ſocietatem ſequi velit, ſibi perſuadeat fore, ut pauperibus accommodatam, quòdq; quæ viliſſima erunt ex iis, quæ domi ſunt, ei tribuentur, propter ipſius majorem abnegationem, & ſpiritualem profectum; & ut ad quandam æqualitatem

&

& veluti menſuram ab omnibus perveniatur. Cũ enim, qui primi in ſocietatem convenerunt, per hujusmodi indigentiam, ac penuriam majorem rerum corpori neceſſariarum probati fuerint, qui poſt eos accedent, curare debent; ut quoad poterunt, eò pertingant, quo illo pervenerunt, vel ulterius etiam in Domino progrediantur. *Exam: Gener: cap: 4, §. 26,*

69 In veſtitus itidem ratione tria obſerventur: Primum, ut honeſtus ille ſit; Alterum, ut ad uſum loci, in quo vivitur, accommodatus; Tertium, ut profeſſioni paupertatis non repugnet. Videretur autem repugnare, ſi ſericis vel precioſis pannis uteremur, à quibus abſtinendum eſt: Ut in omnibus humilitatis & ſubmiſſionis debita ad majorem Dei gloriam ratio habeatur. *part: 6, cap: 2, §. 15,*

70 In iis, quæ ad rationem victus, ſomni, ac uſus reliquarum rerum vitæ neceſſariarum, vel convenientium ſpectant, quamvis communis illa ſit, minimèq; diverſa ab eo, quod medicus illius loci, in quo vivitur, judicabit: Ita, ut quod quisq; inde ſibi ſubtraxerit, ex devotione, non ex obligatione ſubtrahat. Habenda tamen ſemper erit ratio humilitatis, paupertatis, ac ſpiritualis ædificationis, quod ſemper nobis in Domino ob oculos verſari debet. *ibid: §. 16,*

De

De Abstinentia à sumptuoso vehiculo, quale est Ridvvam, cum 4 equis.

Ut in hac etiam parte modo consentaneo 71
debitæ paupertati procedatur, nullum in domibus societatis jumentum ad equitandum, aut usũ alicujus, de ipsa societate, (sive præpositus, sive subditus ille sit) ordinarie habebitur. *part: 6. cap: 2. §. 14.*

Indigentia & penuria rerum corpori neces- 72
sariarum probari exoptent, ut ad incommoditatem cibi somnive capiendi libenter assufiant. Injurias verò, illusiones & opprobria, quæ illis in itinere inferri contigerit, patienter cum Dei gratia ferant, gaudeantq; materiam præberi sibi imitandi aliquo modo Christum Dominum, ejusq; vestibus & insignibus seipsos induendi. *In sũm: regul: peregr: §. 5.*

Qui majoribus pollent ad viam peragendã
viribus, eos, qui sunt infirmiores, subsequi, & nõ 73
præcedere debent, & iter ejusq; diei horum debilium infirmitate commensuretur. Quod si quis viribus destitueretur, jumento aut alia ratione juvari debet: Qua in re non qualitatis personarum, sed necessitatis & charitatis fraternæ ratio est habenda. *ibid: in sũm sub Reg: peregr: §. 6.*

74 Si quis in morbum incideret, ita, ut ulterius progredi non posset, nec expediret reliquos ibi moram trahere, si vicinum esset collegium, aut domus societatis, eò esset æger (si modò morbus patiatur,) deducendus: Alioqui aliquis ex nostris illi erit socius relinquendus, ut consolationi ei sit & auxilio: Ægro autem viribus restituto cœptum iter ambo proseqentur. *ibid:* §. 7.

De Abstinentia â Mercatura & omni prorsus negotiatione.

Omnia, quæ speciem habent secularis nego-
75 tiationis, intelligantur esse prohibita nostris. *Cōgreg. 2. decr: 6.* Qualia sunt; conducere agros alienos, ut ex illis lucrum et quæstum faciant. Emere aliqua, ut nostra postea industriâ carius vē-dantur. Typographiam in collegiis habere, in qua libri excusi externis divendantur. Typographis sumptus pro edendis nostrorum libris suppeditare, exemplaquè damno lucroq; nostro divendenda accipere. *Congr: 7. decre: 84.*

76 Interdictum etiam est societati, ne quis per se vel per alios in collegiis ac domibus, vel alibi in quocunq; loco exerceat ullam venalem artē, sive aromatariam, pistoriam, lanificium, textrinum, aut aliam quamlibet, præterquam pro suorum religiosorum, aut alumnorum usibus, nec ullo modo secularibus, aut aliis religiosis & Eccle-

siasti

ſiaſticis pharmaca, panem, cerevisiam, carnes, aut alia quælibet opificia, quandocunq; elaborata & ornata vendat, etiam prætextu amicitiæ & familiaritatis. *Congreg: Apoſtol: viſit: 29. Auguſt: 1637.*

De Abſtinentia â pretioſis.

Nulla ratione permittatur, ut noſtri apud ſe 77
habeant, ſecumve ferant quædam, quæ pauperibus, quales nos ſumus, minimè conveniant, ut ‹‹
ſunt horologia rotata, & affabrè facta, imagines multi valoris, reliquiaria curioſa & pretioſa, quæ aurei unius valorem excedant, aliaq; id genus. *Ordin: Gener: c. 4. n. 14.*

Nemini aut petere aut accipere quidquam li- 78
ceat, ſive ab iis, quorum confeſſiones audierit, ſive ab aliis, quod vel in pauperes diſtribuat, vel alteri ſatisfactionis nomine reſtituat: niſi ſuperior cum opus eſſet, ſecus faciendum judicaret. *Regul: ſacerd: 22.*

Nulla ratione permittatur, ut ſociis iter agē- 79
tibus pecunia detur ad ſuperflua coemenda, & quæ religioſæ paupertati minimè conſonant, ut ſunt curioſa & pretioſa, multòq; minus, ut ab externis ſeu conſanguineis cum ædificationis jactura conquiratur. *Ord: Ger: c. 4. n. 13.*

De Caſtitate.

Et quoniam, quæ ad votum caſtitatis perti- 80

nent, interpretatione non indigent, cum conſtet
quàm ſit perfectè obſervanda, nempè enitendo
angelicam puritatem imitari, & corporis, & men-
tis noſtræ munditiâ. *part: 6, cap: 1. §. 1.*

81 Præterea honeſtatis & decentiæ ratione cõ-
venit, fœminas non ingredi domos noſtras, nec
,, collegia, ſed tantum Eccleſias: Et arma nulla, nec
,, inſtrumenta rerum vanarum domi haberi, ſed tã-
tum ea, quæ faciunt ad finem ilium divini ſervi-
tii & laudis, quem ſibi præfixit ſocietas. *part. 3.
cap: 1. §. 14.*

82 Cum homines itidem hujus ſocietatis ſem-
per parati eſſe debeant, ad diſcurrẽdum per quas-
vis mundi partes quò fuerint à ſummo Pontifice,
vel à ſuis ſuperioribus miſſi, non debent curam a-
nimarum neq; item mulierum religioſarum, vel
aliarum quarumcunq; ſuſcipere, ut ordinariè il-
larum confeſſiones audiant, vel ipſas regant: quã-
,, vis nihil repugnet, ſemel unius monaſterii confes-
ſiones ob ſpeciales cauſas audire. *part: 6, cap:
3. §. 5.*

83 Eos, qui crebrius confitentur, maximè fœmi-
,, nas breviter expediant, nec de rebus ad confes-
ſionem non pertinentibus in confeſſione loquã-
,, tur: extra Confeſſionem verò, ſi oportebit eas
alloqui, longum ſermonem ne miſceant, & ocu-
los modeſtè demiſſos habeant *Reg: 17. Sacerd:*

84 Quando quis à ſuperiore mittetur ad con-
feſſi-

feſſiones fœminarum audiendas, vel alia de cauſa eas adierit, ſocius, quem ſuperior ei deſignabit, quamdiu cum fœminis ſacerdos loquetur, eo in loco erit, undè videre eos, ſed non, quæ ſecreta eſſe oportet, audire poſſit, quantum loci diſpoſitio patitur, quod ſi non pateretur, curet omninò ſacerdos, ne oſtium ſit clauſum, nec locus obſcurus. *Sacer: Reg: 18.*

De Obedientia

Ut omnes conſtanti animo incumba- 85
mus, ut nihil perfectionis, quod divina gratiâ
conſequi poſſimus, in abſoluta omnium conſti-
tutionum obſervatione, noſtriq; inſtituti pecu-
liari ratione adimplenda, prætermittamus: &
exactiſſimè omnes nervos virium noſtrarum ad
hanc virtutem obedientiæ, imprimis ſummo
pontifici, deide ſuperioribus ſocietatis exhiben-
dam, intendamus: ita ut omnibus in rebus, ad 86
quas poteſt cũ charitate obedientia ſe extendere,
ad eius vocem perindè, ac ſi à Chriſto Domino
egrederetur (quandoquidem ipſius loco ac pro
ipſius amore & reverentia obedientiam præſta-
mus) quàm promptiſſimi ſimus, re quavis atq;
adeò litera à nobis inchoata, nec dum perfecta
relicta, ad eum ſcopum vires omnes ac intentio-

nem in Domino convertendo, ut ſancta obedi-
87 entia tum in executione, tum in voluntate, tum
in intellectu, ſit in nobis omni ex parte perfecta,
cum magna celeritate, ſpirituali gaudio, & per-
ſeverantia, quicquid nobis injunctum fuerit,
obeundo: omnia juſta nobis eſſe perſuadendo,
omnem ſententiam ac judicium noſtrum con-
trarium cœcâ quadam obedientiâ abnegando,
& id quidem in omnibus, quæ à ſuperiore diſpo-
nūtur, ubi definiri nō poſſit, aliquod peccati ge-
88 nus intercedere. Et ſibi quiſq; perſuadeat, quod
qui ſub obedientia vivunt, ſe ferri, ac regi à di-
vina providentia per ſuperiores ſuos ſinere de-
bent, perindé ac ſi cadaver eſſent, quod quoquo
versùs ferri, & quacunq; ratione tractari ſe ſi-
nit. Vel ſimiliter atq; ſenis baculus, qui ubicūq;
& quacunq; in re velit eo uti, qui eum manu te-
net, ei inſervit,
Sic enim obediens rem quamcunq;, cui eum
ſuperior ad auxilium totius corporis religionis
velit impendere, cum animi hilaritate debet ex-
equi, pro certo habens, quod ea ratione potius,
quam re alia quavis quam præſtare poſſit, pro-
priam voluntatē ac judicium diverſum ſectan-
do divinæ voluntati reſpondebit, *par. 6. c: 1. §. 1.*

De

De missionibus, propter quas non cantant in choro, & non habent curam animarum.

Quoniã occupationes, quæ ad animarũ, 89
auxilium assumuntur, magni momenti sunt, ac nostri instituti propriæ & valde frequentes cũq; alioqui nostra habitatio tam sit in loco incerta; non utuntur nostri choro ad horas canonicas, vel missas, & alia officia decãtanda: quandoquidem illis, quos ad ea audienda devotio moverit, abũde suppetet, ut sibiipsis satisfaciant. Per nostros autem ea tractari convenit, quæ nostræ vocationi ad Dei gloriam magis sunt propria. *par: 6. c: 3. § 4.*

Obligari etiam ad missas perpetuas in suis 90
Ecclesiis dicendas, vel ad curam similem, quam libertas nostro procedendi modo in Domino, necessaria non patitur, minimè convenit. *par: 6. c: 3. § 6.*

De Collegiis.

Ad collegia, quæ liberè societati offeruntur, 91
ut juxta suas constitutiones omnino eis utatur, admittenda, præpositus generalis, plenam potestatem habeat. *par: 4 c: 2. §: 1.*

In collegiis societatis, ne curæ animarum, 92
nec

nec obligationes ad missas celebrandas, neq; aliæ hujusmodi admittantur, quæ à studiis distrahere admodum, & ea quæ in illis ad divinum obsequium quæruntur, impedire solent: Quemadmodũ neq; in domibus aliis, vel ecclesiis societatis professæ, quæ, quoad ejus fieri potest, expedita ad sedis Apostolicæ missiones obeundas, aliaq; opera ad Dei obsequium, & animarum auxilium esse debet. *part: 4. cap: 2. §. 4.*

93 Possessionem collegiorum cum rebus temporalibus, quæ ad ipsa spectant, capiet societas, & Rectores, qui ad id munus conveniens habeant talentum, constituet, qui curam suscipiant conservandi, atq; administrandi res ipsorum temporales, ac provideant necessitatibus tam materialis ædificii, qui in ipsis collegiis degunt, eorumq qui disponuntur, ut ad illa admittantur, atq; eorum etiam qui extra collegia gerunt illorum negotia.

94 Totius verò administrationis ratio Rectoribus constet, ut eam reddere, quando, & cui, per præpositum generalem constituetur, possint. At generalis cum nec in suum, nec illorum consanguineorum suorum, nec in professæ societatis usũ bona temporalia collegiorum possit convertere, eo purius sese in eorum superintẽdẽtia ad majorem gloriam, & servitium Dei gerere poterit. *ibid: §. 5.*

95 In iis collegiis, quæ duodecim scholasticos

(præter

(præter præceptores) ex propriis reditibus alere
possunt, ob majorem populi ædificationem; nec
petantur eleemosynæ, nec illæ aut dona ulla obla-
ta admittãtur. Si reditus minores fuerint, quam 96
huic numero alendo sufficiant, admitti quidem,
non autem peti aliquæ Eleemosynæ possent, nisi
tanta paupertate collegium premeretur, ut etiam
petere saltem à quibusdam esset necessarium.
Tunc enim (majus divinum obsequium, & uni-
versale bonum præ oculis semper habendo) peti
eleemosynæ, immò & ostiatim ad tempus, quan-
docunq; necessitas id exigeret, emendicari pote-
runt. *ibid. §. 6.*
Cum tamen proprium sit nostræ professio- 97
nis, nullum temporale præmium accipere pro spi-
ritualibus ministeriis, in quibus juxta nostrum in-
stitutum in proximorũ auxiliũ occupamur, non
convenit ullam collegii dotationem admittere,
per quam ad dandum concionatorem, aut con-
fessarium lectorem aliquem theologiæ, societas o-
bligetur. Quamvis enim æquitatis & gratitudi-
nis ratio, nos ad serviendũ cũ majori diligentia in
dictis ministeriis, quæ nostri instituti sũt, propria
moveat, in collegiis quæ majori cum liberalitate
& devotione fundata sũt; nõ tamẽ sũt recipiendæ
obligationes vel conditiones, quæ sinceritatẽ im-
pediant nostri in procedendo modi, qui est dare
gratis, qui gratis accepimus, quamvis pro eorum

ſuſtentatione, qui communi bono collegiorum ſerviunt, vel propter illud ſtudent, dotatio, quam Fundatorum charitas aſſignare ad gloriam divinam ſolet, admittatur, *par: 4. c. 7. §. 3.*

98 Quemadmodum gratis docet, ita & gradus Societas gratis promoveat: et non niſi admodum exigui ſumptus (licet voluntarii ſint) externis permittantur: ne conſuetudo vim legis tandem obtineat, et in ea parte temporis decurſu

99 exceſſus fiat. Videat etiam Rector, ne magiſtris vel ullis aliis de ſocietate, ſibi, aut collegio pecuniam, aut dona quævis ab ullo pro re quavis in ipſorum utilitatē facta, accipere permittat. Quādoquidem præmium noſtrum ſolus Chriſtus Dominus juxta noſtrum inſtitutum futurus eſt, qui eſt merces noſtra magna nimis. *par: 4. c. 15. §. 4.*

100 Rectoris officium erit imprimis in oratione & ſanctis deſideriis totum collegiū velut humeris ſuis ſuſtinere: deinde curare, ut cōſtitutiones obſerventur. &c. Et generatim loquendo, curet, ut quæ in ſuperioribus capitibus dicta ſunt, quæ quidem ad collegia ſpectant, obſervētur. *par. 4. c. 10. §. 5.*

101 *Hæc omnia principaliora ex conſtitutionibus Ignatii & ſuæ ſocietatis deprompta ſunt, ad quorum obſervationem tali voto ſe obligant.*

Formula Voti.

102 Omnipotens ſempiterne Deus. Ego N. licet undecunq; Divino tuo conſpectu indigniſſi-

mus

mus, fretus tamen pietate ac miſericordia tua infinita, & impulsus tibi ſerviendi deſiderio, voveo coram ſacratisſima virgine Maria & curia tua cœleſti universâ, obedientiā perpetuam in ſocietate Jeſu, & promitto eandē ſocietatē me ingreſsū, ut vitam in ea perpetuo degam, omnia intelligendo, juxta ipſius ſocietatis conſtitutiones. A tua ergo 103
immenſa bonitate & clemētia, per Jeſu Chriſti sāguinem peto ſuppliciter, ut hoc holocauſtum in odorem ſuavitatis admittere digneris: & ut largitus es ad hoc deſiderandum & offerendum, ſic etiam ad explendum gratiam uberem largiaris.

Votum aliud ſeorſivum, pro meliori paupertatis aſſecuratione.

Ego N. Profeſſus ſocietatis Jesu promitto 104
Deo Omnipotenti, coram ejus virgine matre, & tota curia cœleſti, & coram R. Patre præpoſito Generali, vel coram N. locum præpoſiti Generalis tenente, nunquam me acturum quacunq; ratione, vel conſenſurum, ut quæ ordinata ſunt, circa paupertatem in conſtitutionibus ſocietatis, immutentur: ni ſi quando ex cauſa juſta rerum exigentium videretur paupertas reſtringenda magis. Quod ordinatum eſt. *par. 6. c. 2. §. 1.*

Declaratio hujus Voti.

Innovari quod ad paupertatem attinet, eſt 105

relaxari ad redditus, vel possessionem ullam in propriũ usum, vel ad sacristiam vel ad fabricam, vel ad aliquem alium finem; præter id, quod ad Collegia & domos probationum attinet, admittendum. Et ne in re, quæ tantum habet momenti, constitutiones mutentur; post emissam profes-
106 sionem unusquisq; promittat coram præposito Generali & iis qui apud eum erunt, offeratq; in conspectu Creatoris & Domini nostri, quod nunquam assentietur ad immutandum, quod ad paupertatem in constitutionibus pertinet, nec in conventu totius societatis congregatæ, nec per se ipsum ulla ratione id curando. *part: 6. c. 2. ad Literam A.*

Renovatio votorum

Ad devotionis augmentum, & ad excitan-
107 dam, quâ Deo obstricti sunt, oblegationis memoriam, & ad majorem studentium, in sua vocatione confirmationem, bis annis singulis, in festis, videlicet Resurrectionis ac Nativitatis simplicia vota (ut supra) congruum erit renovare: Et qui ea non emisisset, exacto biennio probationis, ut in examine proponitur, emittet. *part: 4. c. 4. §. 5.*

108 Quod si quis propria impulsus devotione, ante id tempus biennii, vellet votis se Deo offerre

ferre; eandem formulam sequi poterit; & uno voti sui scripti exemplo tradito superiori, alterum penes se retineat: ut quod Deo ac Domino nostro obtulerit, recordetur. Et ad hoc ipsum 109
simulq; ad devotionem augendam conferet, statutis quibusdam temopribus, quæ congrua videbuntur, vota sua renovare. Quod quidem non est obligatione novâ se obstringere, sed ejus, quâ obstricti sunt, in Domino recordari, atq; eandem confirmare *par: 5. c. 4 §. 6.*

Declaratio

Quod ad scholasticos attinet, jam in quarta parte dictum est (ut supra) quibus temporibus sua vota renovare debeant. Eadam erit ratio eorum, qui in domibus habitant, & vota emiserunt. In duobus enim Festis solennibus singulis annis ea renovare debent, & in aliquo 110
alio, si superiori videretur expedire: nec in cujusquam manibus, sed unoquoq;, suum votum legente coram sanctissimo sacramento, reliquis vel nonnullis de societate præsentibus; ut magis ad devotionem observandi, quod Deo ac Domino nostro promiserunt, magisq; præ oculis habendum id, quod ex obligatione debent, eidem Domino excitentur. *par: 5. c. 4 ad literam H.* 111

Et

Et hæc ſunt principaliora deprompta ex conſtitutionibus ſocietatis.

112 *Annon hæc pia, annon omnia ſancta? ſed arcana publicaſſe, quæ ſummo ſtudio & magno artificio hucusq; occultabantur, reputabitur mihi grande nefas & morte piandum. Quo me vertam neſcio: duplex mihi inſtat pugna, una cū quodā Alberto Niſielski, famoſiſſimi libelli contrà me autore; altera cū Ludovico Lucio, Romani Pontificis &*
113 *S. Ignatii ex falſis fundamētis magno hoſte. Ante quā ſimul me oppugnēt, paciſcor inducias cū Ludovico & rem aggredior cum Alberto. Ubi hic victus fuerit, & alterū cōvincere nō deſpero rationibus manifeſtis & evidētibus. Quibus ad oculū patebit, ſi quid merito in ſocietate diſpliceat, id nō Romano Pontifici, neq; S. Ignatio, ſed aliis autoribus eſſe imputandum.*

PARS SECUNDA
DE DECLARATIONIBUS CONSTITUTIONUM.

114 COntendet aliquis Niſielski patronus Jeſuitarum, non minoris apud illos eſſe autoritatis, inſtitutum ſocietatis & conſtitutiones ejusdem, quam illarum declarationes quod pro

bat

bat his verbis; Visum est nobis in Domino has declarationes esse adjiciendas, quæ cum non minoris sint autoritatis, quam reliquæ constitutiones, magis descendendo ad particularia, juxta voluntatem superioris, qui præfuerit, sunt observandæ. *Declarat: c. 1. ad Literam A,*

Item. Hæ primæ Declarationes, quæ si- 115
mul cum Constitutionibus promulgantur, eandem quam illæ authoritatem habent, & ita in utrarumq; observatione, eandem curam adhiberi oportet. *Declarat. part: 6. cap: 1. ad Literã A.*

Respondeo.

Quò melius hæc intelligantur, tria debent esse 116
in consideratione. Primò institutum S. Ignatii. Secundò, Constitutiones declarantes & explicantes hoc institutum. Tertio, Postremas Declarationes, sive Annotationes, sive Dispensationes, supra Constitutiones.

Institutum S. Ignatii.

Institutum est illud; quod S. Ignatius gene- 117
raliter exposuit Paulo III: velle se fundare Societatem omnium pauperrimam; sedi Apostolicæ obedientissimam; ad missiones de propaganda fide promptissimam; & ad Juventutem in literis vita & moribus erudiendam, aptissimam: & super hoc obtinuit primam confirmationem; prout continetur in Bulla: Regimini à §. 4. usq; ad §. 13.

ubi

118 Ubi Sociis datur facultas, quòd particulares inter eos constitutiones, quas ad societatis hujnsmodi finem, & Jesu Christi Domini Nostri Gloriam, ac proximi utilitatem conformes esse judicaverint, condere liberè & licitè valeant. §. 14. *ad finem, de Anno* 1540.

119 *Per annos decem subsequentes hujusmodi Constitutiones nondum erant factæ, Ignatius cum eodem (ut supra) Instituto accedit ad Julium* III. *Pontificem Romanum, Pauli successorem; & obtinet secundam sui Instituti approbationem, Bulla;*
120 *Exposcit de anno* 1550. *Ubi hæc verba:* Qui quidem Generalis Propositus de Consilio consociorum constitutiones ad constitutionem hujus propositi nobis finis cõducentes, condendi, majori suffragiorum parte semper statuendi jus habẽte, & quæ dubia esse poterunt in nostro instituto hac formulâ comprehenso declarandi autoritatem habeat: ubi ad finem: prout in Constitutionibus eisdem explicabitur: §. 4. *item* prout in Constitutionibus declarabitur §. 8. *item* prout in Constitutionibus declarabitur §. 14.

CONSTITUTIONES, SUNT PRIMÆ DECLARATIONES INSTITUTI.

121 *Ex supra dictis manifestè apparet, constitutiones nihil aliud esse, quam primas Declarationes*

&

& Instituti S. Ignatii, à duobus Pontificibus Romanis Paulo III: & Julio III: ordinatas.

Et istæ Constitutiones sunt distinctæ in partes decem: Qualibet pars habet sua capita; quodlibet caput habet suos paragraphos: impressæ Romæ in Collegio ejusdem Societatis, cum facultate superiorum, *Anno 1583. Confirmatæ autem à Gregorio XIII. in Bulla: adscendente Domino. §. 19. sub titulo.* Approbatio tertia Instituti & Constitutionum Societatis, *data 8. Calend: Junii. Anno 1584. Et sic Instituti S. Ignatii & Cō-* 122
stitutionum idem declarātium & explicantiū, habemus evidentem approbationem & confirmationem per summos Pontifices Paulum III. Juliū III. Gregorium XIII, & ideo illis tribuimus authoritatem & venerationem. 123

SECUNDÆ DECLARATIONES CONSTITUTIONUM.

Quonian Contraria juxta se posita magis elucescunt, ideo visum est aliquas Constitutiones cum suis secundis declarationibus hic apponere, ut lector animadvertat melius illorum contrarietatem. 124

CONSTITUTIO. Ante vertere oportet tentationes, adhibitis earum contrariis: ut cum quis animadvertitur ad superbiā esse propensus, 125

exerceri is debet in rebus abjectioribus, quæ ad humiliandum ipsum utiles futuræ videantur, & sic de aliis pravis animæ propensionibus. Præterea honestatis & decentiæ ratione, convenit fœminas non ingredi domos nostras, nec Collegia, sed tantum Ecclesias *Constit: part: 3. cap: 1. §. 13, & 14.*

126 Hujus DECLARATIO. Ut fœminæ non ingrediantur domos, nec Collegia Societatis, ferè semper debet observari, sed, si illæ eximia charitate vel authoritate simul cum charitate essent conspicuæ; prudentia superioris justas ob causas, ut illæ (si id optarent) videndi gratia ingrederentur, posset dispensare. *ibid: ad Literam L.*

CONSTITUTIO DE PAUPERTATE COLLEGIORUM.

127 In iis Collegiis quæ duodecim Scholasticos (præter Præceptores) ex propriis redditibus alere possunt, OB MAJOREM POPULI ÆDIFICATIONEM, nec petantur Eleemosynæ, nec illæ aut dona ulla oblata admittan-
128 tur. Si redditus minores fuerint quàm huic numero alendo sufficiant; admitti quidem non autem peti aliquæ Eleemosynæ possent; nisi tanta paupertate Collegium premeretur, ut etiam petere saltem à quibusdam esset necessarium. Tunc

eni-

enim majus (majus divinum obſequium & univerſale Bonum præ oculis ſemper habendo) peti Eleemoſynæ, imò & oſtiatim ad tempus, quandocunq; neceſſitas id exigeret, emendicari poterũt. *Conſtit: part: 4. cap: 2, §. 6.*

Hujus DECLARATIO. Quamvis hoc ita 129
ſe habeat, ſi tamen benefactores eſſent, qui poſſeſſionem aliquam vel redditum dare vellent, admitti illa poſſent; ut tantò major numerus Scholaſticorum ac Præceptorum ad majus divinum obſequium poſſent ſuſtentari. *ibid. ad Literam G.*

CONSTITUTIO DE TURBA NON ADMITTENDA AD SOCIETATEM.

Ex parte Subditorum juverit, magnam tur- 130
bam hominum ad Profeſſionem non admitti; nec quoscũq; ſed ſelectos homines etiã inter Coadjutores formatos, aut Scholaſticos, retineri. Multitudo enim magna eorum, qui vitia ſua non bene domuerunt, ut ordinem non fert; ita nec unionem, quæ in Christo Domino noſtro tam neceſſaria eſt, ut bonus ſtatus ac procedendi modus hujus Societatis conſervetur. *Conſt: part: 8, cap: 1, §. 2.*
Non enim alii quam Spiritus & 131
doctri-

doctrinæ selectæ Viri, & multum diuq; exercitati, in variis probationibus virtutis, & ab negationis sui ipsorum, cum omnium ædificatione & satisfactione perspecti, ad Professionem admitti debent: *Const:par. 10. §:7.*

132 Hujus DECLARATIO. Quamvis rationi consentaneum visum est, ut qui in nostram societatem sunt ingressuri, Viri sint probitate vitæ, & literarum eruditione ad id officiũ idonei; quia tamen boni simul & eruditi pauci inveniuntur, si cum aliis comparẽtur, & ex paucis major pars jã à

133 susceptis laboribus vellet conquiescere: perdifficile fore deprehendimus, hujusmodi hominibus qui boni simul ac literati essẽt, hãc societatẽ augeri posse, tum propter magnos labores, quos eius Institutum exigit, tum propter magnam sui ipsorum abnegationẽ. Ideo nobis omnibs, qui conservationem & incrementum ejus ad majorem laudẽ & obsequium Dei ac Domini nostri cupie-

134 bamus, ALIA VIA TENENDA VISA EST; Admittendi nimirum Juvenes, qui bonorum morum & ingeniorum indole spem facerent, quod in probos simul ac doctos viros, ad colendam Christi Domini nostri vineam, essent evasuri: *Declarat: par: 4. In proœm: ad literam A.*

135 Qui enim hujusmodi essent, Turba existimari nõ deberẽt; sed potius Gens electa; tametsi magna ea esset. *Declarat: par: 8. c. 1. §: 2. ad Literam B. ad finem.*

Hæ

Hæ sunt Benevole Lector tibi ob oculos positæ aliquot Constitutionum, secundæ declarationes, vel potius derogationes, quas Patres Societatis (neglecto S. Ignatii instituto, & post habitis primis Constitutionibus) *communiter sequũtur, & secundum istas vitam suam ducunt, cum scandalo Hæreticorum & offendiculo totius Christianitatis. Clarè id docent, totius mundi discursus, & publica scripta: P. Marianæ in Hispania; Magni Aurelii in Gallia, Romani Haji Astrum inextinctum in Germania. P. Magni Capucini pro Carolina in Bohemia. P. Nicolai à Jesu Maria Apologia perfectionis in Polonia. Julii Scoti Placentini præclarum opus in Italia. Quorum omnium causa cum istæ maledictæ declarationes extiterint, & societatem corruperint, de earum validitate inquiramus.* 136 137

Gregorius XIII. Pontifex Romanus Instituto & Constitutionibus Societatis contrarias Declarationes (nisi quãtum verba ipsa sonant) prohibuit fieri, sub pæna Excommunicationis.

Et ut contradicentium audacia coërceatur, omnes et quasvis cõtra dictæ societatis in- 138

ſtitutum, vel quomodolibet in illius præjudici-
um aſſertiones pronuntiatas aut ſcriptas, falſas
omninò & temerarias eſſe & cenſeri debere.
Bulla: adſcendente Domino. §. 23.

139 Præcipimus igitur in virtute S. obedientiæ
ac ſub pœnis Excommunicationis latæ ſenten-
tiæ, nec non inhabilitatis ad quævis officia &
beneficia ſecularia & quorumvis ordinum Re-
gularia, eo ipſo, absq; alia declaratione incur-
rendis, quam abſolutionem nobis & ſucceſſo-
ribus noſtris reſervamus, nequis cujuscunq;
ſtatus gradus, & præeminentiæ exiſtat, dictæ ſo-
cietatis inſtitutum, conſtitutiones vel etiam
Præſentes, aut quemvis earum vel ſupra dicto-
» rum omnium articulum, vel aliud quid ſupra-
» dicta concernens, quovis diſputandi, vel etiam
140 veritatis indagandæ, quæſito colore, directè,
vel indirectè impugnare vel eis contradicere
audeat, diſtrictius inhibentes, nequis ſive extra
ſive intra dictam ſocietatem, niſi de illius Gene-
ralis, aut inferiorum præpoſitorum licentia no-
tationes Declarationes, gloſſas vel Scholia ulla
ſuper præmiſſis facere, vel ea NISI QVAN-
TVM VERBA IPSA SONANT, interpre-
tari, aut de eis diſceptare, ſeu ſcrupulum quen-

quam

quam injicere, vel in controversiã aut dubium revocare audeat quoquo modo, nec glossas aut interpretationes seu impressas, seu scriptas, ad id pertinentes legere, docere, aliisq́; tradere, vendere, vel apud se retinere præsumat. *ibid:* §.24.

Sicq́; in præmissis omnibus & singulis per 141
quoscunq;, Judices & cõmissarios etiã causarũ Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quavis Causa & Instantia, sublata eis & eorum quilibet aliter judicandi & interpretandi facultate & autoritate, judicari & definiri debere; nec non irritum & inane, quicquid secus super his, à quoquam quavis authoritate, scienter vel ignorãter, contigerit attentari. *ibid:* §.26

Idem Gregorius XIV. in Bulla ~~Exposcit~~ Ecclesiæ. Quæ est Approbatio quarta Instituti Societatis. 1591.

Considerantes insuper, quod in Regularis 142
disciplinæ ac Spiritualis perfectionis, non exiguum detrimentum totiusq́; ordinis perturbationẽ maximam atq́; perniciem vergeret, si ea quæ à Fundatoribus sanctè statuta sunt, atq́; ab universo ordine sæpius in illius generalibus Cõgrega-

gregationibus recepta & approbata & quod præcipuũ eſt, ab hac ſancta ſede ſancita & cõfirmata ſunt, non ſolum mutari, ſed quocunq; prætex-
143 tu impugnari ac labefactari contingat. Omni ſtudio curandum eſſe duximus, ejuſmodi novitatibus, ac temerariis impugnantium præſumtionibus, omnem aditum præcludere, ac Societatis indemnitati proſpicere, ut hac ratione Societas ipſa noſtræ & Apoſtolicæ ſedis præſidio munita, atq; in ſui Inſtituti puritate & Regularis diſciplinæ integritate, quiete, ac pace conſervata, uberiores in dies fuctus in agro Domini pergat ipſo Domino adjuvante alacriter, & abſq; impedimento proferre. Bulla: ~~expoſcit~~ Eccleſiæ *§·4, ad finem*

144 Motu igitur proprio & ex certa ſcientia, noſtra deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Laudabile ipſius Societatis Inſtitutum, Conſtitutiones omnes ac ſtatuta & decreta & quæ illud concernunt. &c. approbamus & confirmamus ſupplentes omnes Juris & facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem. *Ibid: §:5.*

145 Et CONSTITUTIONES ac diplomata prædicta hac etiam in parte omninò obſervari volumus, & mandamus, quæ ſtatuunt; Sele-

ctos

ctos tantum Spiritus & doctrinæ viros, & multum diuque exercitatos, ac in variis probationibus virtutis & abnegationis sui ipsorum, cum omnium ædificatione & satisfactione satis cognitos, ad Professionem esse admittendos. *Et denique*; non nisi cum Societate vel ejus præposito Generali fuerit ab eis plenè in Domino satisfactum. Ibid. §. 11. Et ut perturbatorum & contra- 146
dicentium audacia coerceatur, ac ne ipsi vel pernicioso eorum
exemplo alii imposterum, quæ ab hac Apostolica sede semel “
stabilita sunt, præcipuè circa Regularium ordinum Institutio-
nem, in quibus alioquin ad eandem sedem manus apponere spe- “
ctat, impugnare aut enervare impunè præsumant, aut ullo modo
valeant. Præcipimus in virtute S. Obedientiæ universis & sin- 147
gulis personis, tam secularibus, quam quorumvis ordinum Regularibus, cujuscunque status, gradus, & præeminentiæ existant, etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori Ecclesiastica Dignitate, seu Cardinalatus honore, vel mundana quavis authoritate seu excellentia præfulgeant, ipsis verò Regularibus etiam dictæ Societatis Religiosis sub pœnis Excommunicationis latæ sententiæ, nec non inhabilitatis ad quævis Officia & dignitates, vocisque tam Activæ quàm Passivæ, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, quarum absolu-
tionem Nobis ac Successoribus nostris duntaxat reservamus, Ne 148
dictæ Societatis Institutum, Constitutiones aut Decreta, vel
ex eis quidpiam, aut ex præmissis omnibus, articulum quemli-
bet, vel aliud quid supradicta concernens, majoris Boni, aut “
Zeli, seu quovis alio quæsito colore aut prætextu, directè vel
indirectè, impugnare vel immutari, alterari aut formam aliam “
seu rationem circa ea induci curare, aut contra, vel præter ea seu quævis alia ipsius Instituti substantialia agere, vel quidpiam ulli alii, præterquam Nobis aut Romano Pontifici pro tempore existenti, idque immediatè, vel per nostrum aut sedis Aposto-
licæ Legatum seu Nuncium, vel ipsius Societatis Generali, 149
congregationi aut Præposito addendum minuendum aut immutandum sive alterandum proponere, quoquo modo audeant vel præsumant. *Ibid.* §. 20. & 21.

150 Pœnas denique omnes in Gregorii XIII. Prædecessoris prædicti constitutione, *Adscendente Domino* contentas ac Constitutionem eandem cum omnibus & singulis in ea contentis, ac si ea omnia ad verbum præsentibus insererentur, per præsentes approbamus & innovamus. *Ibid.* §. 22.

151 Decernentes præmissa omnia & singula, nec non præsentes, ac in eis contenta quæcunque, nullo unquam tempore etiam ex eo, quod Interesse forsan habentes ad id vocati non fuerint, vel alio quocunque prætextu & ex quavis causa, quantumvis urgenti, legitima, & rationabili, de subreptionis vel obreptionis vitio, aut Intentionis nostræ vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, annullari, revocari, ad viam Juris reduci, in dubium vel controversiam revocari, aut adversus illa quocunque Juris, Facti, vel gratiæ remedium impetrari posse vel debere. *Ibid.* §. 23.

152 Sicque in præmissis omnibus & singulis, per quoscunque Judices, & Commissarios, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, in quavis causa & Instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari & definiri debere. Necnon irritum & inane, quicquid secus super his à quoquam, quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. *ibid.* §. 25. *de Anno* 1591.

153 *Hæc sunt contra Declarationes, Instituto S. Ignatii & Constitutionibus Societatis contrarias, à Summis Pontificibus Gregorio XIII. & XIV. promulgata, simul cum Censuris contra Promotores illarum fulminatis.*

154 *Quod ipsum licet nobis Summi Pontifices ita ob oculos non posuissent, sufficeret illud, quod contra Declarationes Instituto*
155 *suo contrarias S. Ignatius memoriæ reliquit, his verbis:* Et quia Naturæ humanæ hostis ad Paupertatis propugnaculum ac Refugium

gium debilitandum, (quod Deus Dominus noster Religionibus inspiravit contrà illum, aliosque Religiosæ perfectionis adversarios) eniti solet, ea quæ à primis Fundatoribus benè ordinata fuerant, immutare per declarationes, vel innovationes, primo illorum Spiritui minimè consentaneas: ut quod in nobis situm fuerit, hac parte Societati prospiciamus: quicunque in ea professionem emiserint, se ad innovationem Constitutionum in iis, quæ ad paupertatem pertinent, nihil facturos promittant. *Ut supra Num. 104.*

Et alibi: Quia Paupertas velut propugnaculum est Religionibus, ut eas in statu suo & disciplina conservet, & à compluri- 156
bus hostibus defendat, (unde etiam Dæmon enititur illud variis rationibus evertere) refert plurimum ad conservationem & augmentum totius hujus corporis, procul admodum omnem avaritiæ speciem ablegasse. *Ut supra n. 33.*

Objiciet 1. Quintinus Niesielski.

Non omnia recensuisti, unde scire debes apud nos esse quin- 157
tum votum, cujus paragraphus quintus ita sonat. Insuper promitto si quando acciderit, ut in præsidem alicujus Ecclesiæ promovear: pro cura quam de animæ meæ salute, ac rectâ muneris mihi impositi administratione gerere debeo, me eo loco ac numero habiturum Præpositum Societatis Generalem, ut ut nunquam Consilium audire detrectem, quod vel ipse per se, vel quivis alius de Societate, quem ad id ipse sibi substituerit, dare mihi dignabitur. Consiliis verò hujusmodi ita me pari- 158
turum semper esse promitto, si ea meliora esse, quàm quæ mihi in mentem venerint, judicabo. Omnia intelligendo juxta Societatis Jesu Constitutiones, & Declarationes. In tali loco, tali die, Mense, & Anno. &c.

Non reprehendas ergo Declarationes, quæ huic quinto voto nostro, pro coronide adjectæ sunt, juxta quas omnes Actiones nostras dirigere debemus.

Respondeo.

159 *Vidi & consideravi hoc punctum quintum, in quinto vestro voto, sed quia animadverti esse Extravagans, id est, post omnes Constitutiones vestras positum, ideo tanquàm nullius momenti, imò totius orbis Christiani & Ecclesiæ Catholicæ deceptorium, prætermisi. Vidi & fundamentum illius part. 10. inter §. 6. & 7. quod ipsum denotat aliquid esse suspectum; sive intrusum. Et*
160 *tantò magis, quod in Bulla Gregorii XIII. hoc punctum §. 13. non inveniatur. Ubi hæc verba quæ sequuntur, de isto vestro quinto voto nullam faciunt mentionem.*

161 Post emissam verò professionem, sive trium, sive quatuor votorum; Professi ad Paupertatis, quæ Regularis Instituti murus est, & propugnaculum, perfectionem tuendam, omnemque Ambitionis occasionem excludendam, nonnulla alia simplicia vota emittunt, quibus promittunt, se nunquam quacunque ratione acturos vel consensuros, UT QUÆ IN CONSTITUTIONIBUS SOCIETATIS circaque paupertatem ordinata sunt, immutentur; nisi quando ex justa rerum exigentium causa pau-
162 pertas magis restringenda videretur. Neque prætensuros, ne indirectè quidem, ut quam prælationem vel dignitatem intra vel extra societatem eligantur, nec extra societatem in sui electionem quantum in eis fuerit consensuros, nisi coacti obedientia ejus, qui id ipsis possit sub pœna peccati præcipere. Item societati, vel ejus præposito manifestaturos, si quem sciant aliquid hujusmodi moliri. *Gregor. XIII. Bull. Ascendente Domino §. 13. de Anno 1584.*

163 *Considera benevole lector, quid Pontifex dicat, de isto quinto voto; Placeat iterum repetere lectionem; Et nullam mentionem de declarationibus; Nullam de vocatione ad dignitates Ecclesiasticas; Nullam de consultore generali, vel alio Jesuita, illius substituto, invenies: Quod Quintini, quinto puncto, in quin-*

quinto suo voto addiderunt; Et quo magis ab ambitione separa- 164
re se debuerunt, tantopere in eadem immersi sunt, ut modo ve-
lint esse, in omnibus negotiis, tam ecclesiasticis quam profanis, si
non arbitri, saltim consultores. Ut jam de Monachis olim dictum
cessare videatur, immutato versiculo. Quicquid agit mundus, 165
vult esse Jesuita secundus. Et tamen aliter ordinatum est, pro ut
sequitur. Quod in universum in sexta parte Cap. 3. dicitur, eos
qui de societate sunt, negotiis secularibus, licet pia alioqui es-
sent, implicari non debere: Id generali magis, quam reliquis
omnibus cōvenit. *Par: 9. c. 6. §. 4.*

Illud ridiculum videtur, quo motivo ecclesia in virtute 166
Sanctæ obedientiæ, & sub pæna peccati (pro ut quintum punctum
in quinto voto, apud Quintinos sonat) tale cadaver, aut bacu-
lum, (nobilitatis Polonæ in quadam concione publicum opprobri-
um) prout par: 6. c. 1. §. 1. ad finem describitur, ad dignitatem
ecclesiasticam vocaret, qui baculus in officio suo procedere nesci-
ret, nisi generali Jesuitarum manuductore, sive alio Jesuita illius
substituto consultore? Et hoc ignoraret in qualibet diœcesi esse se- 167
natum, videlicet Capitulum, Prælatos, & Canonicos cujuslibet
ecclesiæ cathedralis, & clerum secularem, à quibus consilium esset
petendum, si quid dubitationis occurreret: Non verò à Jesuitis,
ad quos non pertinet immiscere se in rebus alienis, etiam piis,
ut supra num: 165.

Hoc considerandum lectori meo relinquo, & à meo tenui 168
judicio abstineo, quia magnam commotionem in me sentio, con-
tra tantam præsumptionem. Illud tantum commemorare liceat,
quod S. Augustin: rescribit Aurelio. Legi epistolam benigni- 169
tatis tuæ, de Donato, & fratre ejus; Et quid responderem, diu
fluctuavi. Sed tamen etiam atq; etiam cogitanti, quid sit utile
saluti eorum, quibus in Christo nutriendis servimus; Nihil mi-
hi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dandam servis

G 3 Dei,

Dei, ut se facilius putent eligi, ad aliquid melius, si facti fuerint
170 deteriores. Et ipsis enim facilis lapsus, & ordini clericorum sit indignissima injuria, si desertores Monasteriorum ad militiam clericatus eligantur, cum ex eis, qui in Monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atq; meliores in Clerum assumere soleamus: Nisi fortè (sicut vulgares dicunt) malus cho-
171 raula bonus symphoniacus est. Ita iidem ipsi vulgares de nobis jocabuntur, dicentes, malus monachus, bonus Clericus est. Nimis dolendum, si ad tam ruinosam superbiam Monachos surrigamus, & tam gravi contumelia clericos dignos putemus, in quorum numero simus: Cum aliquandò etiam bonus monachus vix bonum Clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, & tamen desit instructio necessaria, aut personæ regularis integri-
172 tas; Sed de istis credo arbitrata sit, beatitudo tua, nostra voluntate (ut suis potius Corregionalibus utiles essent) de monasterio recessisse: sed falsum est; Spontè abierunt, spontè deseruerunt, nobis quantum potuimus, pro eorum salute renitentibus, 16. q. 1. c. 36.

173 *Hinc discāt Quintini, quid sit ad dignitates ecclesiasticas quintum votum, puncto quinto emittere: Ad quas illas in Polonia adspirare vehemens est suspicio, quando jam illæ voces audiuntur, ad prælaturas inter religiosos subjecta quæri oportere. Hoc solum deest, quod nondum natus sit, qui id illis possit sub pœna imperare*, accipe onus pro peccatis.

Objiciet 2. Quintinus.

174 *Quid tantopere vota nostra examinas & exaggeras, quæ scis simplicia esse, & à sede Apostolica approbata. Si quid contra constitutiones nostras exorbitare nos animadvertis, scias excepto voto, summo Pontifici debito, & aliis tribus essentialibus, vide-*
175 *licet* paupertatis, castitatis, & obedientiæ, *apud nos nullas constitutiones vel ordinem ullum vivendi posse obligationem ad peccatum mortale, vel veniale inducere, nisi superior ea in nomi-*

ne Do-

ne Domini nostri Jesu Christi, vel in virtute obedientiæ juberet, ut habetur par. 6. c. 5. Quod ergo in se ex vi obligationis peccatum non habet, non est exaggerandum pro tanto facinore.

Responsio.

Tria prima vestra simplicia vota, & quartum summo Pontifici debitum, & laudo, & venereor. Votum quintum in §. suo quinto & ultimo, tanquam duplex, improbo, & despicio, quod promittitur, coram tota curia cœlesti, omnia intelligendo non jam simpliciter juxta constitutiones societatis, sed dupliciter etiam juxta declarationes: (quæ sunt illis contrariæ) Unde ista provenerint, & quanti sint momenti supra dictum est. N. 162. 163. & cat: 176

Quod apud vos extra vota illa quatuor simplicia nullæ constitutiones, vel ordo ullus vivendi, possit obligationem ad peccatum inducere, nisi superior; iusserit Durus mihi videtur sermo iste quem ita confundunt sacri canones. 177

Si inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quantò magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigistis, solvi sine vindicta non poterit. *27. q. 1. c. Viduas.* 178

Sunt quædam, quæ etiam non voventes debemus: quædam etiam, quæ nisi voverimus non debemus: Sed postquam ea Deo promittimus, necessario reddere constringimur *17. q. 1 c. 1.* 179

Ananias pecunias Deo voverat, quas post Diabolica victus persvasione subtraxit: Sed quâ morte mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat nummos, Deo abstulit, considera quanto periculo in divino judicio dignus eris; qui non nummos, sed temetipsum Deo omnipotenti (cui te sub monachali habitu devoveras) subtraxisti. *17 q. 1. c. 3.* 180

Cavete fratres, mendacium, quia omnes, qui amant mendacium filii sunt Diaboli, & infra. Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est; Mendacium namque est, Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mendacium 181

dacium est Episcopum, Sacerdotem Clericum (vel religiosum) se profiteri, & contraria huic ordini operari 22. *q.* 5. *c.* 20.

182 Quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum. 22. *q.* 2. *c.* 8.

183 *Hæc sufficerent, sed curiositatis causa liceat inquirere, an sint aliquæ constitutiones S. Ignatij, quæ sub peccato non obligent.*

184 *Fortassis erunt contrariæ illis vitiis, de quibus duo magni viri præpositi generales conquesti sunt* Primum Quod socii superbi sint; Honoris amantes, ac propriæ existimationis; Huc ipsi tendunt, ut omnia per eos administrentur; ex ipsis pendeant universa: De sua sapientia amplè magnificèq; sentiant, cæteros parvi faciant, modico in pretio habeant. Secundum. Quod socii vitæ commoditates impensè sectentur. Tertium. Quod cupidi habendi & avari. Quartum, quod de aliorum moribus factisq; facilè loquantur (& scribant.) P. Claud: de de tribul: soc: 29. Julij. 1602. P. Mut: de ration: ad Juvan: soc. 2. Januar. 1617.

185 *Addidi supra intra parenthesin,* & scribant, *talis enim epistola anno præterito ad manus meas venerat, quæ inter alia hæc continebat.* In civitate N. dicitur peperisse catholica (sc: virgo) parocho novos pasquillos affixos, cum nostris iterum conversari. Nescio quid causæ quod ex vicino collegio nihil scribitur, nec scio quis patri N rector successerit; utinam illum melius dedolassemus, nihil remittit à suo agendi modo; Crassus ut semper. *&c. dat:* N. 14. *Maij* 1653.

186 *Eo fine hæc epistola posita est, ut cognoscatur, apud Quintinos peccatum non esse, ecclesiasticis personis falsò detrahere, sed etiam tales rectores promovere. De detractione satis dixit, P. Claudius* periculosius socios hoc morbo, quam contra castitatem, tentari. *libr. indust. pro super: c:* 17.

187 *De promotione vero rectoris talis constitutio.* Curandum est autē, ut ille cui rectoris officiū imponitur, magni sit exempli, magnæ ædificationis, magnæ etiā mortificationis in omnib⁹ pravis inclinationibus, & in obedientia præcipuè ac humilitate probatus,

batus, *qui donum etiam discretionis habeat, ad guber-
nandum idoneus, in rebus agendis versatus, in spiri-
tualibus exercitatus sit.* ☞ Const: par: 4. c: 10. §. 4.
Et sic habemus bonum exemplum; Constitutio- 188
nes, cum non sint de Paupertate, Castitate, &
Obedientia, sed de Rectore earundem, ideo
non observari, quia non obligant sub peccato
mortali, nec veniali, ideo Rector ille, qui de-
buit, esse omni exceptione major, pro-
motus est. *Nihil remittens à suo agendi modo,
crassus ut semper, & non benè dedolatus.* Si talis
Rector, quid dicendum de subditis, quorum
multitudo infinita? Sed excusari puto socios, 189
prout & illi existimant, quia absolvuntur à suis
superioribus, in quorum manibus vota hæc emit-
tunt, sine scrupulo alicujus peccati in casu con-
traventionis, nisi hoc obstet, quod legitur in sa-
cris canonibus.

Si is, qui prælatus est, debitori Dominico culpas 190
*impunè dimittit, non mediocriter profectò offendit,
qui debita cœlestis regis & Domini, sua præsumptio-
ne resolvit. Ea namque quæ in nos committuntur,
facilè possumus dimittere: Ea verò, quæ in Deum
commissa sunt, cum magna discretione, nec sine pœ-
nitentia debemus relaxare.* 23. *q.* 4. *c:* Si is qui
prælatus est.

191 Unde Dionysius Papa. *Alieni erroris socium, vel à sui propositi tramite recedentem, aut sacris Patrum regulis, & constitutionibus non obedientem, suscipere non possumus, nec debemus: Quia infames esse omnes censemus, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt autoritatem.* 2. q. 7. c: 23.

192 *Si quis enim à suo proposito retrorsum exorbitaverit, & jussum Apostolicæ sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Ut ait Pius Papa* 3. q. 4. c: 3.

193 An verò declarationes à proposito instituti retrorsum non abierint & jussum Apostolicæ sedis non sit transgressum: legantur suprapositæ constitutiones institutum declarantes, & Bulla; *Ascendente Domino* Gregorij XIII & Bulla, [redacted] Gregorij XIV. Quæ cum lector benè perpenderit, facilè judicabit, quo honore transgressores digni sint.

Objiciet 3. Quintinus.

194 *An nescis, quod diuturni mores consensu utentium approbati, legem imitantur.* Instit: lib. 1. tit. 2. & distinct: 12. c: 6. Ante nos factum est, quod nunc reprehendis: Jam ferè octuaginta anni elapsi, ex quo sumus in tali usu vivendi, & in pacifica declarationum nostrarum possessione.

Con-

Contra tuas declarationes juvabit nos regula. *Uti possidetis.*

Responsio.

Optimè scio, jam à multo tempore à primo 195
instituto societatis vestræ exorbitatum esse & illud in memoriam revoco, usq; ad annum 1570. quo vixit p: m. Franciscus Borgia. Tertius vester generalis, & ita de socijs conquestus. O quam multi ad nos veniunt, ut fiant Ditiores: Quam pauci, ut fiant meliores. Quòd refert P. Mutius in litt: De orat: ad univers: soc: 2. Jan: 1617. Jul: Scot: de Pot: Pontif: in soc: par: 6. c. 11. de expulsi: vitior: graviss: fol: mihi 153.

Quid de ista antiquitate vestra sacri Cano- 196
nes dixerint, ex his discet lector, quæ sequuntur.

Consuetudinis usûsq; longævi non vilis aucto- 197
ritas est, verum non usq; adeò sui valitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem. Distinct: 11. c: 4.

Usus authoritati cedat, pravum usum lex & ratio vincat. Distinct: 11. c: 1. 198

Mala consuetudo, quæ non minus, quam per- 199
niciosa corruptela vitanda est, nisi citiùs radicitus evellatur, in privilegiorum jus ab improbis assumitur: & incipiunt prævaricationes, & variæ præ-

sumptiones celerrime non compressæ, pro legibus venerari, & privilegiorum more perpetuo celebrari Dist: 8. c: 3.

200 Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dicit: (Ego sum veritas & vita) Non dixit: ego sum consuetudo, sed veritas. Et certè (ut B. Cypriani utamur sententia) quælibet consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati omnino est postponenda: Et usus qui veritati est contrarius, abolendus. Dist: 9 c: 5.

201 Cum Christus veritas sit; magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. ibid: c: 6.

202 Consuetudo quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quo minus veritas prævaleat, & vincat: Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: Propter quod relicto errore, sequamur veritatem, scientes, quia & apud Esdram veritas vicit, sicut scriptum est: (Veritas manet & invalescit in æternum, & vivit, & obtinet in secula seculorum) ibidem.

203 Ignosci potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apost: Paulus (qui, primò, inquit) fui blasphemus & persecutor & injuriosus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci.) Post inspirationem verò & revelationem factam, qui in eo, quod erraverat perse-

perseverat; Prudens & sciens, sine venia ignorantiæ peccat: Præsumptione enim atq; obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur. Dist: 9 c.8.

Uti possidetis ex digestis, pro vobis allegare 204
non potestis, quia legum doctores non estis, const: par: 4. c: 12. §. 4. Ex jure canonico discatis, *quod possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit.* reg: 2. de reg: jur: in 6to.

Ille autem malæ fidei semper esse censetur, qui 205
aliquid contra legis interdictum mercatur. L. quemadmodum. C. de agric: & censit: Rota apud Doran: decisi: 256. num: 4. Menoch. de arbitr: jud: lib: 2. casu 225. num. 7.

Interdictum V. G. legis vestræ est, *ne col-* 206
legia majores proventus ex bonis stabilibus habeant, quam qui sufficiunt pro solis duodecim scholasticis sustentandis. Amplius ob majorem populi ædificationem nec petantur eleemosynæ, nec illæ, aut dona ulla oblata admittantur. Constit: par: 4. c. 2. § 6.

Item, interdictum legis vestræ est, priori 207
conveniens, *ne turbam magnam ad societatem admittatis, quia ordinem non fert, ut bonus status ac procedendi modus societatis conservetur.* Const: par: 8. c. 1. §. 2. & par: 10. c. 7.

De fructu istius turbæ satis expressit, p. m. 208
P. Franciscus Borgia, tertius Generalis, quan-

do lamentabili voce conquestus est. *O quam multi ad nos veniunt, ut fiant ditiores, quam pauci, ut fiant meliores.* ut supra num: 195.

Pars III.

De bonis Jaroslaviensibus

Objicient Quintini.

209 SCimus, quò collimes, patronorū tuorum Lubomirsciorum, & Zamosciorum causam agis, qui sibi injuriæ loco ponunt, quod P. M. illustrissima D. Palatina Vilnensis, Ducissa in Ostrog. & Jaroslaw; fundatrix nostra, ad quadraginta millia florenorum annui proventus collegijs Ostrogiensi & Jaroslaviensi, in vita donaverit, nunc ultimò causa mortis, præteritis illis suis hæredibus, sortem suam in ducatu Jaroslaviensi, triginta millium florenorum annui pro-
210 ventus, nobis resignaverit. Mi doctor, arduum negotium in te suscepisti, antequam illud pro tuis patronis evincas, citius te vita deficiet, quam nos fundatricis & benefactricis nostræ tam opulentas possessiones nobis eripi patiemur. Quod enim nobis spontè oblatum est, nemo nobis auferet, nisi gloriæ Dei, & communi bono totius Christianitatis apertus inimicus. Tu cum sis talis, jam piam istam donationem impugna, si potes: Re-

Responsio & ejus ratio prima.

Non utar ambagibus, respondeo directè, & 211
iterum allego, S. Ignatij constitutionem de proventu collegiorum, prout sequitur.

In iis collegiis, quæ duodecim Scholasticos (præ- 212
ter præceptores) ex propriis redibus alere possunt, ob majorem populi ædificationem, nec petantur eleemosynæ, nec illæ, aut dona ulla oblata admittantur. Si redditus minores fuerint, quam huic numero alendo sufficiant; admitti quidem, non autem peti aliquæ eleemosynæ possent; nisi tanta paupertate collegium premeretur, ut etiam petere saltem à quibusdam esset necessarium. Tunc enim (majus divinum obsequium, & universale bonum, præ oculis semper habendo) peti eleemosynæ, imo & ostiatim ad tempus quandocunque necessitas id exigeret, emendicari poterunt. Const. par: 4. c. 2. §. 6.

Ad hujus observationem tale votum emittunt ut supra 104.

Ego N. professus soc: Jesu, promitto Deo omni- 213
potenti, coram ejus virgine matre, & tota curia cœlesti, & coram R. P. præposito Generali: Vel coram N. locum tenente, nunquam me acturum quacunque ratione, vel concessurum, ut quæ ordinata sunt circa paupertatem in constitutionibus societatis, immuten-

mutentur; nisi quando ex causa justa rerum exigentium videretur paupertas restringenda magis.

Obstaculum supra dictæ constitutioni.

214 Non solum considerandum est, quomodo sonet constitutio, sed multò magis, quid dicat ejusdem declaratio, quæ est talis. *Quamvis hoc ita se habeat, si tamen benefactores essent, qui possessionem aliquam vel redditum dare vellent, admitti illa possent; ut tantò major numerus scholasticorum & præceptorum ad majus divinum obsequium, possent sustentari.* Const: par: 4. c. 2. §. 6. ad literam G.

Obstaculum voto supra dicto.

215 Votum illud intelligendum esse pro domibus professis, non verò pro collegijs, quæ amplissimos possunt habere redditus, de consuetudine totius mundi.

216 Dico. 1. Obstaculum constitutionis subsistere non posse, quia illud S. Ignatius dixit, *procedere ab hoste naturæ humanæ ad debilitandum propugnaculum religionum, videlicet paupertatem: ut supra num:* 27. Constit: verò fol: 198. & fol: 304.

217 Dico. 2. numerum augeri prohibuit S. Igna-

Ignatius, quando noluit ad societatem turbam admitti, ut supra num: 130. & constit: fol: 240. & 306.

Dico. 3 in approbatione constitutionum 218 societatis, summi Pontifices sub pœna excommunicationis præceperunt, *ne aliter interpretarentur, nisi prout verba earundem sonant.* Gregor: XIII. Bulla, *ascendente Domino* §. 24. *sicq; per quoscunq; judices judicari debere, alias irritum & inane.* §. 26, ut supra fusius. Num: 151. Idem Gregorius XIV. sub eadem pœna excommunicationis prohibuit, ne quodcunq; constitutionum pun- 219
ctum aut articulus alteraretur, immutaretur etiam ex causa majoris boni ac Zeli: *Bulla; Ecclesiæ.* [redacted] §. 21. Turbam verò omnino damnavit, 220
quando *non nisi selectos Spiritus & doctrinæ viros, & diu multumq; exercitatos ad societatem admitti jussit.* Ibidem §. 11. *Et sic per quoscunq; judices judicari debere, alias irritum & inane* §. 25. Non valet ergo contra hæc, obstaculum constitutionis.

Quantum ad obstaculum voti, apertè S. 221
Ignatius declaravit, etiam ad collegia pertinere; quando in casu defectus collegiorum, id est, si minor sit proventus, quàm duodecim Scholasticis sufficiat, mendicare jussit. ut supra num: 94.

222 Communem omnibus esse paupertatem declarat sequens constitutio: *Quò melius paupertatis puritas, & quies illa, quam secum affert, conservetur, non solùm particulares professi, vel adjutores formati, hæreditariæ successionis non erunt capaces, verùm nec domus, nec ecclesiæ, nec Collegia eorum ratione. Sic enim omnibus litibus & controversiis præcisis, charitas cum omnibus ad Dei gloriam melius conservabitur.* Par: 6. c: 2. §. 12.

223 Si enim S. Ignatius collegia proventibus abundare voluisset, successionem hæreditatis de jure naturæ; Gentium; Civili; Canonico: & divino debitam, non prohibuisset.

224 Et ne Patres existiment ratione collegiorũ se posse esse Barones, Comites, Marchiones, Duces, Principes, Præpotentes terrarum dominos, prout in imperio alicubi præsumunt. Pius V. declaravit hos titulos minimè illis conveni-

225 re, dum ita sancivit. *Quia societas mendicans existit, quippe, quæ ex ejus instituto & constitutionibus Apostolica autoritate confirmatis bona stabilia possidere nequit: Sed in certis eleemosynis, fideliumq; largitionibus, & subventionibus vivit. Cum tamen illud in controversiam deduci posset, ex eo quod di-*

226 *cta societas collegia habeat, secum adjuncta. Nos ambiguitatem hujusmodi omninò amputare volentes*

motu

motu proprio & ex certa scientia, declaramus, præpositum & singulas personas societatis hujusmodi verè & non fictè mendicantes fuisse, esse, & fore. Et inter aliorum Fratrum & Religiosorum Mendicantium ordines, aliosq; Fratres & Religiosos Mendicantes, prout illos nos connumeramus, connumerari debere. Pius V. Bullâ, *Dum indefessæ.* §. 1. & 2. tom: 2. fol: 258. 227

Quod concordat cum Constitutione S. Ignatij supra citata, qui pro duodecim tantum Scholasticis concessit proventum ex Bonis stabilibus, sed de reliquo in Defectu, omnino *voluit esse Mendicantes, ob Majorem populi ædificationem.* Baronatus; Comitatus; Marchionatus; Ducatus; Principatus: Terrarum Dominatus; nunquam illi venerunt in mentem: Mendicantibus enim non conveniunt. 228

Rectè monet S. Augustinus. *Noli dicere* (tàm amplas) *tuas Possessiones, quia ipsa jura humana renunciasti, quibus* (tam amplæ) *possidentur Possessiones.* Distin: 8. c. Quo jure defendis verò illas? 229

Et alicubi Seneca Ethnicus ita confundit Religiosos. *Est intolerabilis res, poscere nummos, & contemnere; Indixisti pecuniæ odium, hoc professus es, hanc personam induisti, agenda est; ini-* 230

quiſſimum eſt, te pecuniam ſub gloria egeſtatis acquirere. De Benef: *Pecuniæ autem nomine Poſſeſſiones intelliguntur.* ut 1. q. 3. c. Totum quicquid. Et ſic Vigore ſuæ mendicantis Profeſſionis, Jeſuitæ Ducales poſſeſſiones prætendere non poſſunt.

Secunda Ratio.

Ex Politica illorum.

231 IPſa Politica Jeſuitarum non laudat cupiditatem in acquirendo cujus Princeps Scribannius ita narrat ex Stapletono. *Morus à primâ ætate, usq; ad annum vitæ quinquageſimum in Repub: verſatus, in tota vita ſua non auxit cenſum ultra Sexaginta aureos annuos, aut paulò amplius.* Subdit: *Et vivit jam in Anglia, qui talibus officiis, infra quinq; annorum ſpatium, cenſum ad ſexagin-*
232 *ta millia aureorum acquiſivit. Morus omne ſtudium ſuum augendis Regni, Regiisq; opibus, honoribus, commodis, ſedulus impendit; alter exhauriendis Regni & Regiis opibus, ſuis augendis.* Inſtit: Polit: lib: 1. c. 12.

233 Vos Mori facite vobis Apodoſin. per 33. annos à viduitate Palatinæ, Ducales proventus conſumpſiſtis, Pro Republ: pro augendis familiæ opibus, Honoribus, commodis, nihil egiſtis, ex-

exhauriendis illius opibus, & veſtris augendis, operam dediſtis. Omnem mobilem Ducalem ſubſtantiam ad vos traxiſtis. Quod reliquum 234
eſt, plusquam ſeptuaginta millia florenorum annui proventus in Poſſeſſionibus magnorum virorum hæreditarijs prætenditis; & ſic Cenſum veſtrum cum enormi præjudicio, non ſolum legitimorum ſucceſſorum, ſed ipſius Reip: damno, augere vultis! Cogitate Theologi, an Morus ille ſecularis vos Religioſos, & Paupertatem cum tanta ſolennitate profeſſos non condemnabit?

Tertia Ratio.

Ab Exemplo Gallorum.

HEnricus quartus Galliarum Rex Reſtitutio- 235
nem Jeſuitis concedens, ut expulſi iterum in Gallias reducerentur; inter alias, & has dedit conditiones.

1. *Ne quid Bonorum Immobilium, ſive Emptio-* 236
nis, ſive Dationis nomine ad ſe transferant: Nec ab illis etiam accipiant, qui tranſitum ad ſocietatem ſuam facient; ſed hæredibus legitimis id omne relinquant.

2. *Ut Legibus Statutisq́ Regni, ſicut reliqui* 237
omnes Clerici, libenter ſe ſubjiciant.

238 3. *Ne quid vel Ecclesiasticorum vel Politicorum negotiorum suscipiant tractentq́, in praejudicium Episcoporum, Capitulorum, & Academiarum Regni. Sed ordinariis Constitutionibus per omnia se conformes gerant.*

239 4. *Ut nulla Sacramenta, & ne paenitentiae quidem, aliis, quàm sui ordinis hominibus administrent, sine permissu Archiepiscoporum, & Episcoporum, quibus singuli subjecti sint.*

240 Cum ergò Galli etiam ordinarias haereditates Jesuitis non permiserint: non est praesumendum de simplicitate Polonorum, ut Ducales ab illis occupari patiantur, & legitimis haeredibus eripi.

Quarta Ratio.

Ab Exemplo Bonorum Głębokie.

241 D. Korsali p. m. Palatinus Mscislaviensis, usq; ad ultimam senectutem celebs, consulendo animae suae, volebat ex bonis suis *Glaebokie* dictis, Collegium Societatis fundare, in proventu annuo circiter Decem millium florenorum, quod suum pium desiderium obtulit P. Fabricio Bamfo, tunc temporis visitatori Societatis in Li-
242 tuania, qui P. Bamfus recusavit acceptare tàm

amplas

amplas Possessiones, cum fructu annuo decem millium florenorum, quasi Paupertati Collegiorum tantus proventus juxta institutum non convenirent. Et in ista sua resistentia tantopere perseveravit, ut D. Palatinus alijs Religiosis, videlicet Patribus Discalceatis, suprà dicta Bona *Glæbokie* resignare debuisset. Hoc mihi retulit 243
lamentabili voce ille Pater Theologus, qui scripserat *Epistolam cujusdam ad quendam Magnatem, scire cupientem, quomodo Bona sua, cum utilitate animæ suæ, disponere posset: & cuinam Religioni Nepotem suum simul cum Bonis addicare?* Illius erant formalia verba; quod visitatores Itali, non sunt boni pro Societate Polona & Lituana. Quorum unus P. Bamfus suis impertinentibus scrupulis, tàm amplis Possessionibus Societatem privari, & in alios fecit derivari, cum tanto detrimento Societatis. Et videbatur in- 244
nuere, quod Prædictus P. Bamfus, vix tria millia florenorum, pro fundatione & dotatione unius Collegij, oblata acceptasset: ne paupertati derogare, vel circa illam aliquid contra voluntatem S. Ignatij, & suum votum, immutare videretur. Ab hoc exemplo Domestico & recenti, 245
Jaroslaviense & Ostrogiense Collegia discere debent, Ducales Possessiones applicari sibi non posse,

posse, quandoquidem singulis tria millia florenorum annui Proventus sufficere videntur, juxta illorum Institutum.

Objicient Quintini.

Quomodo Collegia possint subsistere in Polonia?

246 NOvus Fundator apparuit in Polonia, qui cum tribus millibus florenorum Polonicalium Collegia Societatis vult sustentari, nec amplius permittit ex Bonis stabilibus possideri. Mi Doctor, dic nobis placita, & audiemus te, pone calculum, & ostende possibilitatem.

Responsio.

247 Stante Interdicto S. Ignatij, *Ne Collegia majores proventus ex Bonis stabilibus habeant, quàm quæ sufficiunt pro solis duodecim Scholasticis sustentandis. Et, quod ob majorem Populi ædificationem nec petantur Eleemosynæ, nec illæ, aut dona*
248 *ulla oblata, admittantur.* Ut suprà n. 206. Novum dici non potest, quod ex Constitutione ipsius S. Ignatij desumitur, hac enim ratione oppositores demonstrant, se suarum constitutionum omninò esse ignorantes, quando me Canonicum Vigore illarum volunt esse Calculatorem.

torem. Obedio; Quid enim Promotionis sperare possem, nisi consentirem?

Debent ergò esse in Collegijs, juxta Institu- 249
tum S. Ignatij, non plures, quàm duodecim Scholastici: V. G. Sendomiriæ, ubi audiunt Rhetoricam; Calissij, ubi Philosophiam; Posnaniæ, ubi Theologiam; Pro his & similibus Collegijs, tria millia florenorum sufficere, demonstrandum est.

Et quoniam Computus (ut Itali loquuntur) 250
fieri non potest, *Senra Hoste*, volo scire ab uno tali Hoste, quantum sumptum apud illos una persona requirat? Et respondet, hoc ad amussim 251
explicari non posse, sed discretioni committendum, ut Persona Religiosa honestè se possit sustentare, considerando Expensas, non solum ordinarias, sed etiam extraordinarias, quarum certa ratio haberi nequit. Cum aliud à senio- 252
ribus expiscari non possim, unum ex Coadjutoribus veterem meum Amicum (qui Romæ culinam Societatis ingressus, cum exiguas assaturas ad ignem applicari vidisset, confessus est, alterius quantitatis Assaturas apud Patres Poloniæ esse, videlicet, quas Canis ex impetu vix persaltaret.) Hunc ergo tanquàm veridicum interrogo, qui sumptus apud illos necessarij sint pro una per-

ſona commodè ſuſtentanda? Reſpondit ſe ex tempore hoc præſtare non poſſe, ſed in craſtino promiſit ſchedulam, & obtulit tenoris ſequentis.

Ratio Expenſarum pro Perſona R. P. N. Theologi Confeſſarij, qui menſam habet ſeorſivam.

253 Pro prandio debent eſſe fercula. No. 12.
Pro Cæna, itidem debent eſſe fercula. No. 10.
Leviſſimè computando, Cocum, Ligna, Vinũ, Cereviſiã, Aromata, faciunt in diẽ florenos 8. In menſem florenos 240. In annum fl | 2880
254 Veſtitus, qui debet eſſe ex optimo panno Hiſpanico, id eſt, Sutanna, Reverenda, Pallium, Pileus. 8 fl | 300.
Pro veſte hyemali pretioſa, triginta ſex pretioſis vulpibus ſubducta, qualis illa fuit, quæ cuidam ex Itinere Gallico cum Legatis redeunti perierat, & magni ſcandali, ob errorem Ebrietatis, inter Hæreticos occaſio fuerat, furtum ubi non erat, imputando. fl | 300.
255 Stipendij ordinarij P. Confeſſario cum accidentibus, non computando, quid Promotiones & Expeditiones inferant fl | 1000
256 Sumptus pro 4. Equis, qui debent eſſe optimi, unius coloris, cum curru ele-

ganti,

ganti, alias Rydwan, computando ſtipendium famulo Seculari, qui debet eſſe benè comptus, benè veſtitus, & bonus Orator: Item *pro victu & veſtitu Aurigæ, pro omnium Expenſis* - - fl	1000.
Provenit Summa pro Expenſis in Confeſſarium - - - fl	5480

Gratias egi illi Amico Coadjutori pro tali 257
computo, & ſtupefactus dixi; me non hoc ſcire velle, quos ſumptus faciat aliquis Princeps pro ſuſtentatione ſui Confeſſarij, aut Theologi. Sed quid Collegium expendat pro ſuſtentatione unius Scholaſtici: hoc ille cum dixiſſet, ſe neſcire, tanquàm ſæpius in aulis, quàm in Collegijs verſatus; jam video me à Polonis Patribus, multò minus á Lituanis, hac de re non poſſe habere aliquam bonam informationem.

Appello Romam, totius mundi magiſtram, 258
& inquiro à nobiliſſimo Palavicino diſſimulare neſcio, quinam ſumptus fiant in Collegijs pro ſuſtentatione unius ſcholaſtici. Et ita ſincere reſpondet. *Dicam rem, non tantum nobis omnibus,* 259
ſed etiam quibuscunq; nos paulo interius callentibus notiſſimam. Quicquid noſtrum ſingulis alendis, veſtiendis, inſumitur, Septuagena quotannis Scuta Ro-

 mæ

mæ non excedit, quæ ne vilissimo quidem circumpedi enutriendo, immodica viderentur. Vindicat: c. 14. contra Scotum.

260 Jam ergo habemus sumptum unius Scholastici, sive Professi, Romæ Scuta Septuaginta, faciunt ungaricales aureos n. 41. Julios tres. Ex quibus proveniunt Polonicales floreni. 247. computando in duodecim, non ascendunt ad perfectam summam trium millium floreno-
261 rum Polonicalium. Et sic rectè judicatur majorem proventum Collegijs non deberi, juxta Institutum S. Ignatij, ad quod etiam nostri Poloni se accommodari non molestè ferent, proinde pro Ostrogiensi Collegio tribus millibus florenorum, & totidem pro Collegio Jaroslaviensi, contenti esse debent. Quod reliquum est, ex hæreditate Ducissæ Palatinæ, ad Legitimos hæredes de Jure & æquitate pertinebit.

Objicient Quintini.

262 O egregium Computistam; utcunq; contenti sumus proventu Scholasticorum, quandoquidem Palavicinus Romanus plura non desiderat. Sed mi Doctor, oblitus es Præceptorum, & Coadjutorum, quorum magna pars debet esse in Collegijs. An pro istis manna Judæorum de cælo cadet?

Re-

Responsio.

Non sum oblitus Præceptorum, & Coad- 263
jutorum vestrorum, quorum scio non postre-
mam esse partem in Collegijs; quod potissimum
est, hoc pro illis reservavi, videlicet fructus in-
dustriales. Quanti sint momenti, declaravit
Vir Magnus Philosophus & Medicinæ Doctor
Academicus, postmodum Canonicus Craco-
viensis, N. Broscius, in suo libello, cui Titulum
dederat, *Gratis Jesuitarum*, ad hoc alludendo,
quod cum proclamaretis doctrinam vestram
gratuitam esse, sine aliquo stipendio, demonstra-
vit magno precio constare vestras artes in pro-
movendo studio Literarum.

Scio prohibitum fuisse libellum in Diæcesi 264
Cracoviensi, & factum est in gratiam vestri, non
in odium Libelli, ad magnam & supremam
apud nos Instantiam, cui postea cum esset per-
spectus libellus, agnovit, non meruisse prohibi-
tionem. Illud est Cornu Copiæ, ex quo vestris 265
Præceptoribus, & Coadjutoribus tantum influit,
ut non opus sit majorem bonorum stabilium
proventum desiderare. Scimus enim, quantum
excrescat, si in unum computetur, quid Prin-
cipes, Senatores, Ecclesiastici & Seculares, Abba-

tes, Præpositi, Canonici, Parochi, Nobiles, Cives, Oppidani, & ipsi Hæbrei redimendo scholarium vexam, ad vos annuatim inferant: Quid Pa-
266 rentum in Filios & Nepotes amor ex occasione studiorum donet: quid devotus fœmineus sexus & in vita, & Causa mortis vobis contribuat. Hæc ipsa Ducissa Palatina, de cujus Bonis vertitur controversia, luculentum præbet testimonium, quid per triginta tres annos, suæ Viduitatis, vobis contulerit, tanquàm Aulæ suæ, & officiorum ejus directoribus, & omnium Proventuum dispensatoribus.

267 Sunt & aliæ obventiones, de quibus Petrus Aurelius Gallus ita meminit: *Quinam vero patrimonio Christi magis luxuriant, quàm qui immensas undiq; à minimè malis, vel maximè malis hominibus Christi nomine corrogatas opes, in regificos ædificiorum, basilicarum, aurearum gemmearumq; vestium, sumptuosissimorum Peristromatum, Scenarum, Spectaculorum luxus effundunt? Ac si alia luxuriæ genera dixerimus, non deerunt exempla,*
268 *quibus confirmemus. Nec verò luxus iste Patrimonio Christi tantùm, sed etiam patrimonio Mammonæ alitur. Interversæ multis locis hæreditates, & à Peculatoribus, rapacibus sacrilegis, simoniacis, meticulosis, acceptæ immensæ stipes, quibus Conscientiæ*

male

male ſanentur, neceſſariæ reſtitutiones eludantur, per nova caſuum ingenia opulentiā iſtam cumulant; quâ Jeſuitica animoſitas tàm variè luxuriat, tàm alte cervices lateraq́ circumflectit. Sed plura non 269
addo, ne longius abeam. Subtilius hæc agentur & plenius, ſi eorum audacia & importunitas in poſterum coëgerit. Etſi enim multa movere videmur, plura tamen continemus, quia tantum dicere decretum eſt, quantum eorum petulantiæ in præſens comprimendæ ſufficiat: ut videant vel ipſi, vel quivis æquè Judices, nos nulla animi libidine, ſed quieto Judicio, & miſericordiſſima acrimonia eorum impotentiæ propemodum immedicabili, non ſolum quia curationem reſpuunt, ſed etiam quia pauci eos ex charitate curare, vel poſſunt, vel audent, cauterium neceſſarium adhibere. Petr: Aurel: Vindic: Cenſ: Sorbon: adverſus ſpongiam Lœmelij, folio mihi 369. & 370.

Ex his manifeſtè apparet, multos eſſe mo- 270
dos, quibus immenſæ opes & ſtipes pro Collegijs corrogantur, ſuſtentationi Præceptorum & Coadjutorum exceſſivè ſufficientes: Non opus eſt Regnum, Rempubl: & familias tot bonis ſtabilibus, & Ducalibus privare.

Quinta Ratio, ab Exemplo Fundationis Collegij Braunsbergenſis.

Hoſius

271 Hoſius Cardinalis Epiſcopus Varmienſis, & V. Capitulum ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis, fundaverunt Collegium Societatis Bransbergæ, de anno 1565. in ſolis octingentis Marcis Prutenicalibus, quarum ſingulæ valent viginti groſſos Polonicales. Additæ ſunt poſtea ducentæ ſimiles marcæ pro commodiori ſuſtentatione viginti Societatis Perſonarum, cum tribus Laſtis Siliginis, & totidem Braſei, & lignis pro hieme

Primũ Jesuitarum in Polonia Collegium

272 ſufficientibus; Pro fabrica ſubſequenter, dati ſunt ſemel pro ſemper, mille floreni; & marcæ Leves centum, valoris ut ſupra viginti groſſorum, conceſſæ annuatim, ad ſarta, tecta, conſer-

273 vanda Eccleſiæ, & Collegij. Quæ omnia ſimul computata, etiam juxta antiquum valorem pecuniæ, quando aureus ungaricalis duos florenos valebat, ad tria millia florenorum moderni precij non aſcendunt, & tamen pro Fundatione Bransbergenſis Collegij ſufficiebant; Quod ita P. Provincialis recognovit, prout ſequitur.

Paulus Boxa, Præpoſitus Provincialis: Soc: Jeſu in Lituania, cũ ſcitu, facultate, & ratihabitione admodum Reverendi Patris Noſtri Generalis.

274 *Significamus præſentibus literis noſtris, Illuſtriſſimum & Rever: Dominum D. Simonem Rudnicki,*

Var-

*Varmiensem Episcopum, unà cum V. Capitulo suo,
benigne & sufficienter, id quod in primaria funda-
tione Collegij Bransbergensis ex parte sartorum
tectorum desiderabatur, supplevisse, donando Col-
legio annuas Marcas centum, pro refectione & con-
servatione tectorum templi, & Collegij; hac ratione
nolumus in posterum novis petitionibus Illustrissimo
Successoribusq; ejus, nec non V. Capitulo esse molesti,
sed de hoc liberali augmento & provisione contenti
sumus, in posterumq; erimus. Insuper fatemur præ-* 275
*fatum etiam Illustrissimum & Reverendissimum
Dominum, unà cum V. Capitulo sponte & ex gratia
sua donasse Collegio prænominato, pro restauratione
præsenti tectorum templi & Collegij, ruinam minan-
tium, florenos polonicos mille, & tres Sexagenas ar-
borum pinearum, suoq; sumptu illas in littore Brans-
bergensi collocasse. Pro qua liberali auctione funda-
tionis, & Donatione, ut Deus Optimus liberalissi-
mam & perpetuam mercedem retribuere dignetur,
perpetuò à sua Majestate postulabimus.* Datæ
Bransbergæ, 17. Julij, 1612.

Paulus Boxa Provincialis,
manu propria.

Objicient Quintini.

Aliud erat ante sexaginta vel septuaginta 276

annos, quando Collegium Bransbergense Viginti personis juxta Fundationem constabat, nunc quando ad majorem Dei gloriam quinquaginta viros numerat, opus est ut nutrimentum majus habeant, juxta nostræ professionis sustentationem congruentem.

Responsio.

277 Supra ostensum est, ex Instituto S. Ignatij, non turbam Societatis, sed delectum esse debere: quia non latebat S. Ignatium, quod Itali loquuntur, *Un homo Val Cento; e Cento non Vagliono uno.* Dolendum quod in Prussia plura sint Collegia, quam Conversi; in vicinia nostra videmus, Gedanense, Torunense, Graudentinense, Marieburgense, Bransbergense, Resseliense. Utinam totidem si non Nobiles, si non Cives, saltim Zulavienses Hollandos, pluribus hisce Collegijs vicinos, aliquando conversos audiamus, licet fortassis plures esse possint, nobis ta-
278 men incogniti. Sed quid boni supponere possumus? si illud verum sit, quod loquitur P. Mutius in litt: ad superiores Anno 1617. *Superiores enimvero debent esse certi, non unquam alios, nobis commonstratoribus, cursum ad cælum instituturos, si nos terrenis rebus affixos adhærescere ani-*

re animadvertent. Graviter etiam nec immerito offenderentur hæretici, dum Socios Evangelicam Legem, contemptum divitiarum suadentem proponentes, audirent ex una parte, viderentq; ex alia, eosdem adeo sollicitos, per media Religiosos minimè decentia, in amplificandis redditibus, vel in exaggeranda re familiari. &c: Jul: Scot: De Potes: Pont: in Soc: fol: mihi 243.

Illud ad laudem majorum vestrorum per- 279
tinet quod scribit Possevinus lib: 4. c. 10. Sinenses & Indos cum in Jesuitis pecuniæ rerumq; mundanarum contemptum vident, mirificè in eorum admirationem rapi, & ad amplectendam Christi fidem, velut præparari.

Objicient 2. Quintini.

Tu quis es? an non Canonicus Cathedra- 280
lis? an non Doctor? Quare conversioni operam non adhibes? Placent tibi amplæ Possessiones, quare illas in Collegijs reprehendis?

Responsio.

Sum unus ex illis imperfectis, quibus suf- 281
ficit ad vitæ æternæ possessionem, servare mandata: qualia sunt Ecclesiarum nostrarum statuta.

tuta. Ultra illa quibus Homo Christianus & 282 Catholicus obligatur. Non fui tàm audax, ut mihi Titulum Socij Christi, & officium usurparem, & onus Apostolorum in me assumerem. Arduum mihi videbatur imitari, quod alteri dictum est: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, & da pauperibus & sequere me. Vobis palmam præripere nolui, quorum hoc genus genus vitæ à S. Ignatio institutum.

283 Tamen & apud nos per Dei gratiam non desunt Exempla Conversionis, & quidem uti illustriora, ita frequentia in Aula Illustrissimi Præsidis nostri: Sed in his gloriari nolumus, quibus sufficere posset, in medio dissidentium constitutos, obedientiam Romanæ Ecclesiæ, & fidem servasse, & Subditos in Religione Catholica continuisse. juxta illud.

Non minor est Virtus, quàm quærere, parta tueri.

284 Quis sim interrogas? Quasi jam oblitus me esse ex illo Collegio, cujus Episcopus S. Romani Imperij Princeps, immediatè Sedi Apostolicæ cum suâ Ecclesia subjectus; & vester simul cum Capitulo in Collegio Bransbergensi fundator. Ne quid amplius à nobis desideres, & Possessiones nostras ad vos transferri posse, speres; scias nobis talem esse Inhibitionem.

Ju-

Julius Papa Secundus.

Dilecti filij : Salutem & Apostolicam 285
benedictionem. Etsi vos non lateat Ecclesiam istam ex Bonis S. Apostolicæ Sedis fundamenta sumpsisse, fuisseq; omni tempore à Romanis Pontificibus præcessoribus nostris, illius Jura, Privilegia, atq; Bona, magno affectu tutata, vos tamen sicut accepimus in dictæ Sedis contemptum, & animarum vestrarum evidentissimum periculum, scientes Bona hujusmodi à dicta Se-
de Apostolica vos habuisse, & eidem sedi vos 286
immediatè esse subjectos, non veremini interdum aliqua ex ejusdem Ecclesiæ Bonis alienare. Cui rei Pastorali nostro ut incumbit officio, occurrere paternè volentes, vobis, & vestrum cuilibet, prout ad unumquemq; vestrum spectat, per præsentes in virtute S. obedientiæ inhibemus expresse, ne quicquam de bonis dictæ
Ecclesiæ, nec contra illius Jura, Privilegia, Statu- 287
ta & libertates innovare nobis inconsultis, quovis modô præsumatis. Ut autem res vestras commodiùs tueri, & cùm serenitate animi, debitas Deo laudes persolvere possitis, ad Charissimum in Christo Filium nostrum SIGISMUNDUM, Poloniæ Regem illustrem scripsimus, ut

vobis, rebusq; vestris oportunè favere velit. Quod pro suâ Regia bonitate atq; prudentia eum (nostro intuitu) non dubitamus esse facturum. Datum Romæ apud S. Petrum die 23. Septemb: 1512. Pontificat: nostri anno nono.

288 Bona est ergo mihi talis substantia, cui non est peccatum in conscientia, quia illam possideo, summo Pontifice Benefactore & fundatore. Bene velim expendas tenorem illarum literarum. Ut, si quando nos de recursu ad Sedem Apostolicam in nostris gravaminibus capitulariter loqui audieris, non vitio vertas, neq; pro rebellibus habeas, cum id faciamus, quod nobis in virtute S. obœdientiæ, à summo Pontifice,
289 Domino & fundatore nostro injunctum est: Cujus intuitu & autoritate, omnia à nobis & à subditis nostris gravamina amovere possumus, si pro nobis, vigore pactorum apud Serenissimum Regem & Rempublicam intercedat.

Sexta & ultima Ratio.

Societatem non posse succedere in Bona Jaroslaviensia & Ostrogiensia propter illectionem.

290 SI hoc probari posset, taliter Jesuitas cum Ducissa Viduâ processisse, prout habetur in monitis privatis: *de conciliandis viduis, opulentis Socie-*

tati.

tati: & de dispositione redditutum, quos habent: Ibid: c. 7. Nullum esset dubium, locum esse dispositioni Concilij Moguntini, prout sequitur sub Rubrica.

Restituantur hæredibus res eorum, qui ab Episcopis vel Abbatibus decepti, comam deposuerunt. 291

Constituit sanè sacer ille conventus, ut Episcopi 292 *sive Abbates, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumveniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt, pœnitentiæ Canonicæ. (Utpote turpis lucri sectatores) subjaceant. Hi verò, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cœperunt, perseverare cogantur. Res vero eorum hæredibus reddantur.* 20. q. 3. c. 5.

Atque ita ex istis sex rationibus, & multa- 293 rum objectionum solutionibus, evidenter apparet, Jesuitas vigore justitiæ pauperes & mendicantes, non posse se intromittere in Ducales possessiones, cum præjudicio sui instituti, & legitimorum successorum enormi læsione.

Objicient ultimò Quintini.

Illud, quod contra me scripsit Niesielsky.

Quem-

294 *Quemadmodum onerati mero, non continent & cibum & secretum, sed quod suum alienumque est, pariter effundunt: Ita Canonicus Markiewicz J. V. D. totus iracundia & indignatione, per vomitus scientiæ supremæ ac zeli, antea pro Clero in materia decimarum (nunc pro suis patronis (occasione donatarum nobis possessionum) robustissimi aperuit*

295 *mentem, duo rarissimam nostra, Arcanaque suorum Canonum & nostrarum Constitutionum omnia revelavit. Illecebrosum multis ingeniis tormentum adversus Societatem Polonam admovisti: Sed illud tanquam aranearum telas, Minerva fortior fors disrumpat Futiliter & exiliter nimis ad calculos, incircumspectæ rationis tuæ societatem evocasti, multas una & collegisti sarcinas ex Canonibus vitiorum, pro quibus & audisse memoras graviora, quàm Clivia ex Demetrio linguâ calamique vulnera: sed*

296 *quia Lectorem Zeli tui Judicem appellasti, ad Lectorem ex umbra extractus egredere etiam (si cunctaris) obtorto collo judicandus Niesiel: Doctr: 10. Beneficiis privandus: ad Moschos, Boëtios relegandus Doct: 8. Ad triremes damnandus Modest: 29. ad palinodiam obligandus. Modest: 35. Fuste & faretrâ omnium satyrarum exagitandus Modest: 38.*

O si —— —— laniatum corpore toto

Atq;

Atq; manus ambas, populataq; tempora
raptis
Auribus & truncas, inhoneſto vulnere,
nares
ex Æneid: 6. Doctorem Marchiewicz haberemus!
Dic mihi quale tibi nomen poſt fata relinques?

Pro tali audaciæ cacoethe? Dic, ſi Tertulliano credis, utrum inter cœlites ſis aliquando numerandus? inquit ille, lib: De Idololatria, cap. 9. *Non potuit regnum cœlorum ſperare, cujus digitus abutitur cælo.* Ita hæc Nieſielsky, Canone Modeſtiæ 30. 298

Reſponſio.

Quid ad hæc metuenda & ipſa morte terribiliora reſpondeam, non invenio, niſi illud, quod magnus Naiman, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis & Rector Academiæ Cracovienſis, ad finem ſuæ, contra vos Reproteſtationis appoſuit. Si aliquando acrius quicquā dictū à me, quàm vellem: id extorſit Defenſionis neceſſitas. Patribus valedico dicto beati Hieronymi: *Benè, quòd malitia non habeat tantas vires, quantos conatus! Perierat innocentia, ſi ſemper nequitiæ juncta eſſet potentia, & totum, quicquid cupit calumnia, prævaleret. &cæt.*

Absolvit me ab isto metu Anacletus Papa, Epistola tertiâ ita dicens: *Tam sacerdotes, quàm reliqui Fideles omnes summam curam habere debent, de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à peccatis; aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.* 24. q. 3. c. 14.

Unde idem Papa: *Scimus, multos ob id infestare Doctores, ut eos perdant, & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen Doctores (in quantum vires suppetunt) â recta æmulatione & bonâ intentione recedere debent, scientes, quàm beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Dist: 43. c. 3.

Dic mihi, quale tibi nomen post fata relinques?

Ego nomen meum eximijs titulis celebrare non possum: Illud, quod mihi vester quidam Albertus Niesolsky; in suo infami Speculo, ad ignominiam posuit, pro laude accipio: Ex canone illius modestiæ 30.

D. O. M.

Adornate lemniscatas palmas, quotquot infima Militarium peditum sorte geniti estis:

Quan-

Quandoquidem vestrâ è Familia JOHANNES MARKIEWICZ, Illustris Nepos & Doctor, majore potesta e, quàm humana.

Supercilio erectiore, quàm Vaticano.
Sapientiâ Celsiore, quàm Doctorali,
Jesuitas, à primario Instituto
S. Ignatij longè aberrantes,
Ad Constitutiones
á Sede Apostolica approbatas & confirmatas
reducere, & collapsos
Restaurare conatus est.

A. M. D. G. Bq;. V. M. H.

Anno Domini
M. DC: LIV.

Sequetur s. t. Pars IV.

Errata nonnulla typorum.

Num.	Vers.	
10.	5.	Corrige. *Exposcit.*
12.	3.	corrige. *in vita.*
17.	6.	corrig. *distinctum.*
19.	3.	pone.] *De Anno* 1607. *sed* [de Anno 1582.
20.	4.	corrige. 1583.
23.	2.	*Religiosorũ & Mendicantium Approbationes*
25.	vers. ultimo	*Scientia, &c.*
30.	7.	*ullis.*
45.	4.	*maiorem sui.*
47.	9.	*ac.*
48.	7.	*obedientia.*
49.	3.	*offerantur.*
51.	3.	*implicari.*
43.	7.	*examinari.*
62.		*societatis.*
66.		*quæ foro contentioso.*
68.		*quo illi.*
71.	3.	aut-ad
72.	3.	assuefiant.
75.	3.	61. non. 6.
74.	7.	Typographiæ.
75.	3.	textrinum.
49.	6.	Gener:
87.	4.	injunctum.
92.	8.	sedis Apost:
97.	7.	aut lectorem.
102.	3.	fretus.
	7.	ingressurum.
107.	2.	obligationis.
110.	2.	Eadem.
114.	6. 7.	minoris.
121.	3.	& explication:

Cætera candidus Lector corriget.

Videatur Liber Spiritualis Nicolai Lancicij Antuerpiæ A. 1650 in folio impressus Pagina 585 et pagin: 685 Tomi 2di. quæ homo ille Religiosus contra Academiam Cracoviensem scripserit! parcat illi Deus. Licetne talia vulgare typo apud exteros! ad perpetuam rei memoriam innocentiæ ignominiam? ad opprobrium Universitatis innocentis! Quid vitiosi in libellis Hosii, Chromeri, Socolouii, Opatouii, Stericij. Samotulii. Vitelii, Janidlouii, Stogouii Broscii. Cicersiiu, invenies! Petricij, Grebscii. Stonkouii Discentium defectus, crebrius docentibus! nã tu ipse pro concionibus pietatem docens ab hæresi liber eris, si qd tuorum auditorum lapsus in eam fuerit. Sint Mecænates, non deerunt Flacce Marones. Difficile est pauperem Philosophari. Mirere potius nulla mercede adductos, nulla commoditate suffultos talia ab eis edi, qui in spem futuri succrescunt profectus. Dum in Scholis vestris discentes, in Comedia personas repræsentant, vel Orationem declamant. multa oratorum aut declamatorum officia in eis desiderari et videmus, et audimus. quid ergo miremur eos q in spem succrescunt scribendarum Orationum, vel pangendorum versuum, in scribendo initio labi, at post in egregios evadere scriptores. An nescis illud neminem repente fieri doctum? neminem subito artificem! Ideone Architectus pro cessabit ab artificio quia non est omnibus numeris in sua arte absolutus? pauca admodum haberemus ædificia, paucos sine mendis e prælo typographico libros: non enim statim artis habitum acquirere datur. Quidsi ego tibi tuorum veteranorum Patrum et Præceptorum non in nominibus, sed in rebus errores ostendero in Politicis. in Ethicis. in Theologicis! Recenter venit ad manus meas Jacobi Swetecij Medulla Gnomonica libellus paucarum chartarum Cracoviæ hic Anno. Dñi 1660 editus. hem quam turpiter Part: 1. Praxi. 18 hallucinatus est! Ingolstadio olim Pr Fina Societ: Jesu Mathematicus eiusdemq Mathematicæ Professor Ordinarius, literas ad Clariss. D. Ioan: Tonski M. Doct et Profess. Academiæ Crac: Anno D. 1644 de data 16 Octobris Cracoviam misit crassissimæ ignorantiæ in Mathesi testes, visuro monstrandæ. Vester Jacobus Reing multorum Annorum Theologiæ Professor, an non Catherinam duxit in Coniugem Augustæ Vindelicorum! Vide ergo an non Universo humano generi ad lapsum

prono

prope, tuæq Societati iniuriam facias; dum talia contra proximi charitatem po-
pulo p librum spiritualem differs? Quid dicent acatholici homines de tuo isto
Spirituali opusculo Pasquillis infarcto? per quod proximi iacturam famæ patiuntur.
Haeccine est Jesuitarum Ethica? planè similis illi Cracouiensium è Societate
Jesu ad S. Barbaram Patrum, Theologiæ, concupiscentium domum proximi sui;
imo per potentiam Principum presbyteros sæculares, vulgo dictos Mansionari-
os, de suis domibus propellere volentium.